

22.
BALTH. EXNERI DE HIRSCHBERGA
Professoris Historici,

DE RERUM
REGNORUM, IMPE-
RIORUM CONVERSIONE
ET EVERSIONE,
ORATIO.

In illustris Gymnasii Schön-
aichiani,

Publica Panegyre recitata.



BETHANIAE,
TYPIS DÖRFFERIANIS.

Auctori misit

ILLUSTRISS. ATQ; AUGUSTISS.
PRINCIPI AC DOMINO,
D N. GEORGIO-RUDOL-
P H O , D U C I S I L E S I A E ,
LIGNITII ET BREGÆ &c. UTRIUSQ;
SILESIAE DEFENSORI
SUPREMO &c.
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,
HOC SUBJECTIONIS MONU-
MENTUM
OPPIGNERAT INFIMUS CLIENS,
L. L. M. Q.

Balthasar Exnerus de Hirschberga



Typis BÖRNERIANIS.

CELSISSIME PRINCEPS.



ROESUS Lydiæ Rex, ^{Her}
cui sui ipsius casus, et si ingrati, dis- ^{lib.}
ciplina tamen extiterè, consultus ^{fin.}
à CYRO, Rege Persarum,
an bellum Massagetarū Reginae
TOMYRIDI inferre debe-
ret, respondit: Equidem Rex, si

Tibi esse videris immortalis, & ejusmodi exercitui
præesse, nihil est opus, ut meam tibi dicam senten-
tiam: sin verò te quoque agnoscis hominem esse,
& aliis talibus præesse, illud in primis discito, huma-
narum rerum circulum esse, qui rotatus semper
eosdem fortunatos esse non sinit. Ideoq; de hac
quam proposuisti, re, secus ego ac cæteri tui suaso-
res, sentio. *Sententia equidem ipso Apollinis oraculo*
certior. Nam si futura respicias: nihil in præsentia, ^{Plut. i}
neque parvum: neq; magnum: sed id & mutatio- ^{Flami}
num fortunæ & vitæ est finis. Atq; ut cottidiè audi-
mus, & videmus

Ipsa subit natura vices, variataq; cursus
Ordinat.

Et Æterna quidem lex à principio dicta omni buic Mun-

A 2

do

Ovid.
Pison.

do, nasci, denasci: oriri, aboriri: nec quicquam stabile
aut firmum Arbiter ille rerum esse voluit, præter ipsum:

Deo
quam
tus a
nec
im-
:
alta
t do-
: at as
a.

† — μόνους ἔγγυσται
θεοῖσι γῆρας, ἔδὲ μὴ δανεῖν ποτὲ
τὰ δ' ἄλλα σὺλχει πάνθ' ὁ παγκρατὴς χεῖρόν.

ut exclamat Poeta Tragicus: Omnia ista, quæ suspicis, quæ
miraris, vicibus suis, aut intereunt, aut certè mutantur. So-
lè illū vides? deficit. Lunam? laborat aut tabescit. Sidera?
labuntur & cadunt. Proximum cælo aerem inspice: muta-
tur cottidie: & in ventos abit, nubes & imbres. Transi ad
aquas: alias periisse cernes; alias alveum mutasse & cur-
sum. Iam si terram intueris, quam nonnulli immobilè esse
statuerunt, ecce illic labat, & tremore atq; occulto Spiritu
concutitur: alibi aqua corrumpitur aut igni. Si itaq; inte-
ritus mutationisq; magna illa corpora, & nostro sensu æ-
terna, obnoxia sunt, quid mirum Respub. sæpe, Urbes, Re-
gna, Imperia, everti aut certè converti? quæ tam mortalia
esse necesse est, quàm eos, qui struxerunt, constituerunt,
auxerunt. Habent enim & Urbes ac Regna, non secus ac
homines, suam infantiam, pueritiam, adolescentiam, ju-
ventutem, ætatem mediam, quæ ætas consistendi dicitur,
& senectutem ac deniq; ipsam mortem: id est, ortum, in-
crementum, statum, conversionem, occasum. Nam quem-
admodum homini varia accidunt mutationes, pro ratione
temperamenti, educationis, alimentorumq;: ac demum
mortes ipsæ obrepunt: ita etiam Respub. & Regna sæpe mu-
tantur & evertuntur. Nec verò Principatus tantum ab-
soluti

*soluti & confecti: sed etiam, qui inchoantur adhuc, & in-
formantur sæpè interire solent: non aliter ac homines non
senes modò: sed & adolescentes, pueri & infantes mori-
untur.*

—lætis hunc Numina rebus
Crescendi posuère modum.—

Lucan
lib. i.

*Vis exempla? sexcenta sunt. Ille ipse CYRUS quem in
frontispicio produxi, vel unus fortuna inconstantiam,
mutationemq; suo ipsius casu docebit. Nam hic cum non
necessarium bellum suscepisset, à Tomyride occisus est,
capite in utrem demisso, quem humano sanguine comple-
verat ipsa Regina, cum his verbis: Satia te sanguine
quem sitiisti. Babylon omnium Urbium, quas unquam
Sola aspexit, maxima: Heliopolis, Corinthus, Tyrus, aliæq;
penitus interciderunt. Ubi potentia Assyriorum, Persarum,
Græcorum: addo etiam Romanorum? evanuit, concidit,
periit. Europa quoq; hodiè, ut corpora instante morbo, vi-
brari videtur, & presentiscere magnum casum.*

Usq; ad eò res humanas vis abdita quædam
Obterit, & pulcros fasces, sævasq; secures
Proculcare, ac ludibrio sibi habere videtur.

Lucr. lib

*Hæc Ego mecum cum paulò altiùs ruminarer, cœpi de
causis eorum nonnullis cogitare, easq; in chartas conijcere,
sed breviter, more calculatorum, qui ingentes summas
re breviori exprimunt. Tua autem Celsitudini veteri*

formul a dare, dicare, , dedicare volui. Indignam rem T.
Celsitudine dicet aliquis. Fateor, si me, chartaceum ve mu-
nusculum aspicias, tum vel maximè, quod sciam,

Tibi hæc fuisse & esse cognitissima:

Si verò rem, qua de agitur, intuearis, comperies hoc scriptio-
nis genus, merito Tanti Principis titulo cobonestari. Quid n.
dignius est Principe, quàm in conspectu habere corruptionis
talium causas, ut inde tanquam in speculo cernere possit,
quid factu vitæ atq; opus sit: ut sua unius arte, Resp. univer-
sa opib. affluat, virtute firmetur, jure de vinciat, benevo-
lencia jungatur, ac tandem florentis ac beatæ vitæ parti-
iceps fiat. Nam sicut Medici curare nullo modo possunt mor-
bos, nisi per spectas habeant eorum causas, ita etiam Prin-
cipes & Magistratus finem malorum in Regnis & Rebus p.
spectare vel sperare, aut de remediis cum præservativis,
tum curativis cogitare minùs possunt, si corruptionum cau-
sas non innumerato & quasi in tabula quadam chorogra-
phica depictas & demonstratas habeant. Suscipe igitur,
& Princeps Augustissime, hunc meum laborem, & me, etsi vi-
tæ dignitate & meritis, tot Clientum tuorum infimum mini-
mumq;: studio tamen ergate, tuamq; Augustissimam fami-
liam, & fide atq; observantia concedentem nulli, in tuorum
numero esse patere. Sospitatore illum D. E. U. M.
OPT. MAX. supplici precor corde & ore, ut ipse, quando-
quidè te ex veteri Romanorum instituto patriæ nostræ De-
fensorè* esse voluit, patriæq; libertatem commisit tuendam,

Qualiter

Qualiter puppim rapidis procellis
Flante Nauclerus Zephyro gubernat,
Prora ne Syrtès Libycas subintret

ore vadoso,

ipse, inquam, Deus tibi tuisq; omnibus actionibus benedicat, consiliis tuis adsit, & te diu seruet. Vale heros magnanime, in quo antiquissima & Regia familia Piastèa, nunquam senescens gloria, nunc vivit, viget & viret. Scrib. Bethania Siles. Kal. Februar, Anno c 1 7 3 1 c x x quo die ante annos quadringentos, Christianorum exercitus Damiatam Ægypti Urbem, quæ olim Heliopolis dicta fuit, Saracenis eripuerunt.



VIRI juxtâ &

Poëtæ, Historici, Philologi

NOBILIS,

DN. BALTH. EXNERI DE HIRSCHBERGA;

De causis mutationum & Eversionum

Rerumpub. & Imperiorum;

DISSERTATIO.

Cura prior Medico, naturam agnoscere morbi:
Si cupit, ut docta cedat ab arte malum.
Regnorum poterit nemo sarcire ruinas:
Ni vastatricis cognita causa luis.
Hanc notat EXNERI sapiens Suadela: Medenti
Σώσῃα benigna ferant Oppida, Regna, Duces.

Caspar Dornavius.

Mutantur Regna, evertuntur, marcida nutant,
Personis, causâ, Tempore, Sede, Loco.

Mirum at, tam valido validum confringier ausu.
penè nec in causas quærere cura finit.

Id tamen EXNERUS pacatis pensitat armis,
quive ruant tanta Corpora mole, probat.

Bellè:perpetuis Regna alternata sequelis
mox florent, ruptâ sed modò Lege cadunt.

Fallor, an Imperijs AËtas sua, & orbita Regnis,
sic pridem hæc nasci vidimus: illa morj.

Sic est; Res Lydio sed vix tangenda lapillo,
Omnia cum videas, omnia sponte ruunt:

Altera dum *Senium*, infelix hæc *Causa* profanat,
atterit ista *Dies*, conterit illa *Deus*.

f. Petrus Polenius. U. J. D. & P. P.



BALTHASAR. EXNERI
DE HIRSCHBERGA;

ORATIO

De Cauffis Conversionum & Eversion.
Imperior. & Rerumpubl.



ATONEM MINOREM, *Plut. in vit.*
AUDITORES, MAJORI
equidem CATONE, Proavo
suo, non facile minorem, à
SARPEDONE, Pædagogo suo,
omnium rerum, quæ ab illo
proponerentur, *cauffas* quæsi-
visse accepimus. Factum, si quid ju-
dicare valeo, egregium; & o-
mnibus *scientiarum Studiosis*, quos

Deus suos esse voluit, inprimis amandum, & prædicatione
ad posteros transmittendum. Si enim rem re exigimus;
id demum scire nos, existimandum est: quod per cauffas cogno-
scimus: quis qui animo concipit: ille tandem verè homo; nec
& isto tantum dignandus nomine: sed quia *nihil est bea-*
tius, quàm scire: ille solus dicitur

Felix, qui rerum potuit cognoscere cauffas:

quoniam res communiter à bestia & homine tangi qui-
dem & cerni; ab homine autem solo sciri possunt: quod
nisi cauffarum adminiculo faciamus, frustrà sumus. Ac
tum demum Animus noster cum CATONE credit; &

B

acqui-

Scal. Exer-
cit. 307.

Arist. 1. post
analyt. c. 2.
Scal. Exer-
cit. 216.

Virgil. 2.
Georg.

aequiescit, mirarique desinit; cum divino illo *το δὲ οὐρανὸν*
Herculeaque Caussarum ratione, ceu catenâ vincitur.
Quod dum alii, in disciplinis aliis, manifestum faciunt &
probant luculenter: Ego quod officii mei & Professionis
ratio postulat & requirit, in Historiarum theatro vobis
ostensum declaratumque ibo.

Mirati sunt omnibus temporibus, hodieq; multi,
cum rerum aliarum, tum præcipuè Rerumpub. & Imperiorum
Conversiones & Eversiones. Nunc enim *Μοναρχία* in *Statum* popularem; nunc *Status Popularis* in *Μοναρχίαν* mutatur: Nunc *Optimates* cedunt *Populo*; nunc
Populus Optimatibus: Nunc deniq; *Μοναρχία* ad *Optimates*
redit. Ipsa fanè Resp. Romana palàm facit; se hisce mutationibus labo-
rasse: cum à principio *Reges* habuerit; qui mox expulsi
sunt: hos secuta *libertas* est & *Consulatus*, quem L. BRU-
TUS instituit. *Dictatura* etiam ad breve tempus sume-
bantur: neq; *Decemviralis Potestas* ultra biennium: neq;
Tribunorum militum Consulare jus diu valuit: Non *Cinna*,
non *Sulla* longa *Dominatio*: & *POMPEII CRASSIQ;*
potentia citò in *CÆSAREM*; *LEPIDI & ANTONII*
arma in *AUGUSTUM* celsère; qui cuncta nomine *PRIN-*
CIPIS sub *IMPERIUM* accepit.

Sed & hoc Imperium, quas non vicissitudines &
conversiones expertum est? Nunc floruit; nunc deflo-
ruit: nunc rursus quasi per *ἀνάστασιν* restitutum est: ut
mihi videatur illa Resp. *similis agro & malè disposito corpo-*
ri, quod ab uno morbo in alium recidit, & per intervalla tem-
porum bene se habet: donec destitutum humido primigenio at-
que calore vit ali in mortem refrigescat.

Quod autem ipsa sensit in se: id ipsum quoque in
Aliorum Principatus ita exercuit: ut modo Provincias
in

Chokier.

shesaur. Pa

lis. l. 6. s. 1.

Tac. l. 1. An.

cap. 1. Hali-

carinas. lib.

4. c. ult. &

lib. 5. in pr.

Liv. l. 1. c.

penult. &

ult.

Sext. Ruff.

hist. Rom.

in pr.

Richt. Ax-

som. Polit.

no.

in Regnum erexerit: modò Regna & Imperia in Provin-
 cias redegerit. Nam & **CARTHAGINE** deletà, Imperiũ *Sext. Ruff. l.*
 ejus in Provinciam reductum; & **Maurorum**, **Numida-** *Rom. c. 7. se*
rumq; Regna prorsus extincta sunt. **ASIA** in Provincias *Onuph. Pan*
 tributa est sedecim: **AFRICA** in illustriores septem, præ- *de Imp. Rom*
 ter alias minores aut ignotiores: **EUROPA** in quatuor- *tot.*
 decim. Sed totum istud Imperium, quomodo jam dis- *Lipsius de ma*
 cerptum? quomodo divulsam cernimus, à **Gotbis**, **Van-** *tud. Rom: p*
dalis, **Hunnis**, **Arabibus** denique & **Turcis**? adeò ut nunc *Socr. lib. 6. c.*
Romanum illud Imperium, quod ab **Oriente Euphrates**; à *Liebig. Ana*
Meridie Nili catarractæ, **deserta Asia** & **mons Atlas**: ab *Magn. Rõ. L*
Occidente Oceanus; à **Septentrione** deniq; **Danubius** & **Rhes** *tab 1.*
terminabant: nunc in **Oriente Constantinopolitanum**
Turcicum; & **Occidentale Germanicum** divisum: atque ex
 Provinciis plerisq; rursus Regna facta fuerint.

Simili modo ante constitutum Imperium Romanum
 in rudera abiit & incrementa Romano dedit Re-
 gnum **Albanum**. Cum enim inter vicinos controversia
 orta esset de rebus quibusdam repetundis; tale inde or- *Liv. l. c. 28. m*
 tum est bellum: ut cum succumberent Albani; Roma- *adc. 30.*
 nus exercitus passim publica, privataque omnia tecta
 adæquavit solo, unàq; horà quadringentorum annorũ
 opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dederit.
 Quid de **Monarchiâ Macedonicâ** loquar? Ea certè in *Strigel. not n*
Alexandro M. ut cœpit, ita desit. Nam in perpetuâ illâ prin- *utr. l. 12. Iustis*
 cipum digladiantium lanienâ, multis modis dilaces
 rata est; donec **Romani** tandem eam occuparent. In
Persicâ Monarchiâ quantæ & quàm multæ insignes muta-
 tiones exiguis intervallis acciderunt? dum eam **Ochus** &
Arsames, & tandem **Darius** ultimus everterent. **Regnum**
Assyriorum ad annos 1220. sub 37. Regibus usq; ad **Sardana-** *Bodin. m. sbo*
pali exitum & exitium duravit: sed tandem **Arbaci** & **Be-** *hist. c. 6-*
locho

lacho praefectis cessit: eoque bifariam diviso, Medos inæce
& Assyrios trecentis ferè annis dimicatum est; quoad Per-
se imperium arriperent.

Manil. l. 1. Astro.

Quot post excidium Troje sunt diruta regna?
Quot capti populi? quoties fortuna per orbem
Servitium, Imperiumq; tulit, varieq; revertit?

Dies me deficeret, si omnium Regnorum & regionum
mutationes & Interitus recensere vellem. Quid de urbiũ
conversione & Everfione dicendum existimem? & de
Urbium quidem Urbe, cui

Propert. lib. 3.

Natura intulerat, quicquid ubiq; fuit.

Eleg. 21.

Lipsius de Const.

l. c. 16.

Onuphrius.

Panvin. latè in

Civ. Rom. Sextus

Ruffus & Petr.

Pictor. de region.

urb.

Romam dico, quæ nunc hodiè vix umbram Romæ veteris
retinet, immò ambitiosè potius hodiè quæritur,
quàm in solo suo invenitur. Nam ubi nunc sunt therme
Deciana, Severiana, Commodiana? defecerunt. Ubi bal-
nea Torquati, Abascantiani, Antiochiani? defierunt.
Ubi theatra Balbi, Marcelli, Pompeij? Ubi Amphitheatra
Flavii & T. Statilii Tauri? interciderunt. Ubi Judi Mamer-
tini, Dacici, alii? Ubi Naumachie Domitiani? Ubi Nymphae-
Iovis? Ubi Lymphae Claudii Augusti? Ubi Septizonium Se-
veri? Ubi Mausoleum Augusti? perierunt. Ubi templum Ca-
pitolinum, Solis, Lunæ, Concordiæ, Pacis, Fidei? Ubi Ædes
Camænarum, Apollinis, Minervæ, Virtutis, Salutis? corruerunt.
Ubi forum Nervi, Diocletiani, Trajani? Ubi Schola
Cassii, Quæstorum & Capulorum? Ubi horti Terentiani,
Plautiani, Torquatiani? Ubi denique sepulchra Augustorum,
Corneliorum, Cæciliorum, Horatiorum, Collatinorum?
Ubi, inquam, hæc omnia? Conciderunt, evanuerunt,
interierunt: immò non fuisse diceres, nisi quæ etiam sus-
peressent parietinæ & veterum scripta aliud clamita-
rent.

— Sic magna fuit consuetudo virisq;

PER-

Perq̄ decem potuit dare tantum sanguinis annos,
 Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas,
 Et pro divitiis tumulos ostendit avorum:
 Clara fuit Sparte, clara viguere Mycena:
 Nec non & Cecropis, nec non Amphyonis arces:
 Vile solum Sparta est, alta cecidere Mycena.
 Oedipodionis quid sunt nisi nomina Theba?
 Quid Pandionia restant, nisi nomen, Athene?

Ovid. l. i. Met.

Idem de Hierosolymis, de Tarento, Metaponto, dicendum
 est. Nec obscura sunt recentiora exempla. Mediolanum
 à Friderico I. imp. eversum est, ita quidem, ut per mediū
 urbis, in modum crucis aratrum traheretur. Eodem
 modo & Bardovicum eversum est ab Henrico Leone. A Ca-
 rolo autem Burgundo Leodium expugnatum, direptum
 & crematum est.

Marian.

Cranz. l. 7.

c. 2.

Tilius Gag

Naucler. Cr

l. 12. Pandal.

— Sic omnia verti

Cernimus, atq̄ alias assumere robor agentes,
 Conciderè has:

Ovid. l. i. Me

vereque adeo ut seminis substantia corrumpitur ante,
 quàm homo fiat: sic corruptio unius Civitatis est gene-
 ratio alterius.

Dornav. in

hum. cum.

cōpara t. pag

Et hæc quidem dum à plurimis aliis dicta sunt dici-
 que hodie possunt: quotus quisq̄ est, qui mutationes &
 everfiones hæc scrutari & certis ex causis eruere aut
 soleat aut aggrediatur? Ego sanè infimus ex gente lite-
 rariâ, in hoc argumento pro viribus meis aliquid tenta-
 bo, ratione meæ professionis, & causas aliquot recens-
 sebo, ob quas Resp. & Imperia sæpius mutantur: quan-
 doque funditus evertantur. *Causas* autem, ita deprehen-
 dendo comprobatas: ut nonnullas cælo imputemus;
 quedam ex nobis originem trahunt: utrinq̄; vel *internas*
dicimus vel *externas*: quarum hæc foris afferuntur: illæ

aut à parte alterutrâ, hoc est, vel à subditis vel à Magi-
stratu tantum: aut ab utraq; parte simul, proficiscuntur.
De quibus omnibus aliquid in medium prolaturus; non
id ago: ut vos, Auditores, doceam: sed ut ansam vobis
præbeam, eâ dere, pro ingenii vestri acumine & iudicii
maturitate, uberius cogitandi, promptius decidendi.

*Jdē Roma In-
de excus. 14.
& Curator.* Mihi enim gloriosum duco *intra numerum vestrum esse*
& vel infimum obtinere subsellium. A vobis autem, ut
pauilli temporis usurâ mihi benevolè concedatis, ob-
nixè, & quò par est, cultu & observantiâ, peto. Atq; ut
inde exorsus fiat dissertationis nostræ: Præclarè juxta &
verè apud *Dionem* historicum *JULIUS CÆSAR*; Res,
inquit, *natura duas necessarias, easdemq; salutaris humano*
generi comparavit, ut alii cum imperio essent: alii ei subdice-
rentur: nilq; omnino est, quod citra hæc minimo quidem spacio
queat perdurare. Hoc autem uti verum, immò verissi-
mum & æquissimum est, ita neq; hoc ignorari debet;
quod *Latinus Philosophus* ait: *Principibus summum rerum*
judicium à Diis datum: subditis obsequii gloriam relictam esse.
Hæ namq; duæ virtutes, si uniantur; illa quidem in prin-
cipibus; hæc verò in subditis: non potest non salvus esse
principatus: non potest non salva esse Resp. At ubi &
principes rectè de rebus, ad feliciter imperandum per-
tinentibus, iudicandi facultate destituuntur: & de sub-
ditis illud *Poetæ* usurpari potest:

Fertur Equis auriga: nec audit currus habenas:

actū esse de tali Imperio, atq; Rep. inficias ire quis ausit?
Aspicite seculum illud priscū quod à *Poetis aureū* voca-
tur. Nonne illud genus homines producebat sapientissi-
mos, vivacissimos, optimos? nonne imperium illorū erat
firmissimū, stabilissimum, felicissimū? *Historias* meher-
culè si evoletis, & revolvitis: vero verius esse depre-
hendetis.

hendetis. At quæ hujus rei causa? nimirum quòd in illis rudimentis vitæ humanæ, virtute solâ regnante, nulla fuit hominibus vitiorum scelerumq; cognita lues: amabant viam rectam, justam, simplicem, cui naturâ cognata est virtus & ratio. Itaq; naturæ suæ stimulis ad virtutem honestatemq; impellebantur, &

—vindice nullo

Sponte sua sine lege fidem, rectumq; colebant:

Pœna metusq; aberat: nec vincla minacia collo

Aere ligabantur: nec supplex turba timebat

Judicis ora sui: sederant sine Judice tuti.

Neque id sine causâ: quippe illis incognita cum essent vitia; facile quoque ea fugere poterant. At postquam longiùs & latius propagari cœpit genus humanû, mundus quoque degeneravit ac subinde factus est deterior. Hæc enim est rerum humanarum conditio, ut successu temporum omnia in pejus ruant: ac quemadmodum semina & plantæ paulatim fiunt inefficaces: ita quoque homines singulis ætatibus deteriores nasci manifestum est. Cum itaque Sol veræ virtutis declinare ad Occasum, vitiorumq; tenebris obscurari cœpit,

Protinus irrupit vena peioris in ævum,

Omne nefas: fugere pudor, verumq; fidesq;

In quorum subire locum, fraudesq; doliq;

Insidiæq; & vis & amor sceleratus habendi.

Ad res igitur has malas cum paulatim ingenia cum Principum, tum subditorum prolaberentur, & vitia satius nosse quàm virtutes mallēt: illisq; se oblectarent; has fugerent: exinde quisq; contra virtutem se armare, alteri nocere, sceleratè vivere, ratione ad res malas abuti; & tandem Princeps, subditus, communi vitio Remp. aut Imperium convertere, vel evertere cœpit.

Rodenstain. J. rüp. pol. l. 1. c. 30

Ovid. lib. 1. Met.

Sab. in l. 1. Me

Ovid. lib. 1. Met.

De

De principibus, ut primo loco dicam, extra contros-
versiam est, Resp. diuturniores & quasi immortales fo-
re: si rectè gubernarentur: in quibus cum tot & tanta
vitia in iis reperiantur, Resp. illas & Regna atque etiam
imperia corrumpere necesse est: fierique nequit, regnum
viciis conservari, quod virtute vix potest. At quæ illa vi-
tia Principū quibus resp. & regna amittuntur? Ingerunt
se ultrò hinc *Imperitia regnandi*, illinc *Impotentia animi*;
adeest *Superbia*; *Intemperantia sequitur*; *stimulat Avaritia*;
præstò est Crudelitas. Equidem de IMPERITIA REG-
NANDI; quæ vera est Politia pestis & perniciës summa,
quæ verba expromam? Sapienter & verè doctèque ut o-
mnia scripsit Plato: *Deum in creandis hominibus, naturas*
hominum ita discrevisse: ut qui ad imperandum naturà apti
essent, aurum illis in generatione admiscisset: qui ad prestan-
dum auxilium, argentum: agricolis autem & Opificibus, æs
& ferrum.

3. de ll.
Sophon.
ep. Lacedæ-
moneus de Re-
lib. 3.

Quam Platonis similitudinem, Aristoteles, ad mo-
res & virtutes hominumque ingenia accommodavit. I-
taque etsi propter cognationem, sibi quisq; similem ge-
nerare cupit: plerunque tamen contingit, ut ex aureâ
nascatur argentea proles: & ex eâ item alia atque alia.
Principibus igitur ante omnia Deus præcipit: ut natu-
ram filiorum rectè cognoscant, ferreamque indolem
eorum vel ad auream reducant: vel, si id non possunt,
privatos esse, non præesse velint. Est enim oraculo pro-
ditum: *Civitas tunc perituram: cum eam æs, aut ferrum*
administraverit: hoc est, cum ad gubernacula imperiti
& imprudentes sederint. Si enim Princeps & Im-
perator est oculus mundi: utque oculis obscuratis, reli-
quæ partes nō vident, nec suis ritè officiis fungi possunt:
ita subditi non bene vivunt, quando stultis Magistratis
bus

1. 3. Rep.

Aristoteles lib. 3.
1. 6. 3.

bis utuntur
naturæ in ca
publ. status
cessè est. Pr
trabunt; n
la imperii (s
mè armata
lis, & simili
Syrtis, & v
na submergi
optima ple
confundit &
quippe, si q
tolerabile e
perito & im
qu'univers
imprudens
quantò ma
In enim co
tur aut div
perniciè i
Solis a lun
aberrant v
perniciè fa
tur. Stultu
pulum saun
est nobis A
decem an
Quanta m
Resp. acc
subditis m
miserunt

bus utuntur. Si porrò Princeps caput est: si que non inve-
niatur in capite, quod requiritur in corpore: totus Rei-
publ. status ut nutet, nutet autem? immò corruat; ne-
cesse est. *Princeps est Spiritus vitalis, quem multa millia
trahunt; nihil ipse post futurus, nisi onus ac praeda, si mens il-
la imperii subtrahatur.* Quemadmodum enim navis opti-
mè armata suis necessariis instrumentis, anchoris, ve-
lis, & similibus, imperitia gubernatoris, in scopulos,
Syrtes, & vortices delapsa confringitur, & vectores, u-
nà submergit: Ita sæpe in Rep. optimi quidem sunt cives,
optima plebs: verùm Principis stultitia totam Remp.
confundit & tandem ei & sibi interitum parat. In aliis
quippe, si quid inconsideratè fiat; tametsi vitiosum sit,
tolerabile est; nulli que forsan noxium, præterquam im-
perito & imprudenti ipsi: in Principe verò & Magistratu,
qui universæ Reip. curam gerit, tantò est intolerabilior
imprudencia & imperitia: quantò eà plures læduntur:
quantò malum multorum unius malo perniciosius est.
Uti enim corpora cœlestia, si vel paululum tumultuen-
tur aut divaricent, non sine gravi rerum humanarum
pernicie id faciunt: quod palam videmus in defectibus
Solis ac lunæ: ita summi principes vel Magistratus si quid
aberrent vel peccent, id protinus ingenti totius orbis
pernicie faciunt. Quod & Sapienciæ Doctor ille testa-
tur. *Stultus, inquit, Magistratus & Rex insipiens prodit po-
pulum suum.* Si rem ad exempla referendam putetis: ad-
est nobis *Roboam*, qui propter imperitiam gubernandi
decem amisit partes Regni sui ex duodecim tribubus.
Quanta mala *Cræsus* & *Xerxes* suis regnis; & *Alcibiades*
Reip. accesserit vulgo notum est. Alii etsi sua Regna
subditis non perdiderunt: tamen sibi suisque temerè a-
miserunt perenni cum nominis infamiâ. Nobis oc-
currit,

Leo Pontifex
Episc. Afr. ep
c. 1. relata à C
tiano c. mira
S quod si in
buslibet. 61. di
Sen. 1. de el. c

Erasm. de in-
tut. Princip.

Ecclesiast. 10.

Joseph. lib. 8. c

Herodat. lib.

Plut. in vita.

C

currit,

itome varior. currit, *Michael* ille *Constantini Duce Imp. filius*, idem quo-
6. que *Imperator*, à fame quæ sub ejus Imperio prævaluit,
Parapinaceus dictus. Quid verò ille? hoc equidem: quia
alius. 15. q. 6. ad imperandum minimè aptus erat, & rerum curam
 duobus Eunuchis concedidit, imperio privatus & unâ
 cum uxore & filio in monasterium detrusus est. Quid
ineas Sylv. hist. *Chilperichus Francorum Rex ex Meronea gente ultimus?*
rem. Cranz. in Nonne & hic ideo, quod nomine tantum Rex, consilio
andal. *ignavus* dictus, propterea ab Electoribus post multas ad-
 monitiones dejectus est imperio; quod imprudenter &
 negligenter omnia ageret? O stolidos! ó bardos! qui
ut. in simil. rerum gubernacula suscipere audent, qui regere volunt
 & ducere alios, cum tamen ipsi ab aliis regantur & du-
 cantur. Ædepo! sicut cytharam nemo sumere debet, qui
 canendi est imperitus: ita non fas est cum Imperium sus-
 cipere, qui prudentiâ non sit præditus. Quod & *Sanctiū*
assaus in Chron. *Regem Lusitania* fecisse accepimus, qui ideo fratri suo *Al-*
ispan. *phonso* Regnum ultrò tradidit; quod se ineptum ad gos-
 bervationem agnosceret. Nonne hoc singulare signum
 modestiæ? nonne egregium schema humilitatis? nonne
 divinum pœnè fraterni amoris symbolum? Videmus
 hodiè,

erfius sat. 4.

Ut nemo in sese tentat descendere: nemo.

Sanctus autem hic **SANCTIUS** verè in se descendit, pro-
 beq; didicit illud, quod

juvenal. sat. 11.

— è caelo descendit, γινώσκει αὐτὸν.

Quantò igitur difficilior est sui cognitio: tantò etiam
 majus Sanctius ille meret elogium.

Et

Et verò, licet quidam in se descendant, seq; probè
noscant, tamen desistere imperio minimè volunt: sed
regnum potius aut Principatum pessundare, quàm latum
linguam cedere volunt. Hoc aut nemo intellexit, aut
rectissimè FRIDERICUS I. *Electòr Brandenburgicus*; qui
testamentum conditurus ac inter filios hæreditatem di-
visurus, quatuor ad se vocavit filios, JOANNEM, FRI-
DERICUM, ALBERTUM & alium FRIDERICUM. *Aeneas Sylv.
Europæ c. 139.*
Ac JOANNEM, cui electoralis dignitas tanquam pri-
mogenito debebatur, in hunc modum allocutus fuit:
*Primus ego, ut nosti, hanc dignitatem in nostram familiam
adduxi: nunc quia vocat me extrema necessitas, cura est, ne
tantum decus, in domo nostra vilescat. Tibi, ut video, quietis
& voluptatis unicum studium. In Electoratu, præter curam
& assiduum laborem nihil invenies. Eam ob causam, si tua
id voluntate possum, Marchionatum Brandenburgensem, cui
jus eligendi Casarem est concessum, FRIDERICO: qui tibi
etate succedit, quiq; est vigilantior, quàm tu, & ad labores
durior videtur; testamento relinquam. Tibi VOITLANDI-
AM: ALBERTO, quidquid Franconici juris possideo. FRI-
DERICUM verò juniorem cohæredem Marchie instituo.*
Cui JOANNES: *Existimavi; Pater, inquit, ante hunc diem,
cariorem multò, quàm me, FRIDERICUM esse; cum illi sapius
blandirè, neque id ferre non agrè potui. Nunc sententiam
muto, & te, Pater, amo coloz; quod mihi ocium, illi negotium
suprema voluntate dimittis. Egregium sanè exemplum,
quo Pater Imperio consuluit, dum illi inhabilem Prin-
cipem dare: & filius pariter, dum oneri, cui non ferun-
do se esse animadvertibat, se mancipare noluit.*

Sed hæc forsàn imperandi inscitia tolerabilior ef-
set; nisi ex illâ imperitia nasceretur soboles perniciosis-
sima, *Animi nimirum IMPOTENTIA*, secundus ad interi-
tum gradus, isq; certissimus. Nam ubi hæc imbecillitas

l. 10. v. 2.
rian. in Antō.
acal.
odot. lib. 3. c. 40
Rhodigin. l. 1.
c. 1. 4.
ian. lib. 4.
Plut. in vita.
Troas. Cic. p.
b.
udian. ad Ho-
n. S. de rescript.
ext. s. faciat ho-
22. q. 1.
n. ff. de condit.
sit.
ur. 15. v. 16.
lefiast. v. 10. 8.

semel radices egit; statim sequuntur injurię, presentas
neus morbus, immò & mors ipsa Reipubl. ac Imperii.
Ferunt enim leges injustas, ut *pauperes in judicio op-*
primant, & vim faciant cause humilium. Nudos dimittunt
homines, indumenta tollentes, quibus non est opperimentum
in frigore: Omnem illi fidem, omnia jura, omnem vitæ
& rerum humanarum societatem tollunt; cumque Julia
Augusta quidvis sibi licere putât, quod libet; leges se dare
non accipere: & dare quidem illis licere, ut Judices Per-
sici ad Cambysem ajebant, quas liberet: immò etiam Re-
gibus omnia honesta esse ac justa; ac justa quidem æsti-
mari oportere, cum ab ipso Rege, tum ab ipsis subditis,
uti ad Alexandrum Magnum, lamentantem ob Clytum,
interfectum, dixit Anaxarchus adulator. At heus Tu Ana-
xarche, quo animo, quâ fronte tantam turpitudinem,
tantum flagitium, tantum scelus excusare potuisti? Non
enim, ut impii Imperatoris Pius scripsit Præceptor decet
libere, cui nimium licet. Et meminisse debent principes, non
solum quantum sibi commissum. Sed quatenus permissum:
Nec sibi quod liceat; sed quod fecisse decebit
Occurrat, mentemq; domet respectus honesti.
Nam id tantum dicimus nos posse, quod honestè possu-
mus. *Qua autem facta ladunt pietatem & verecundiam &*
existimationem nostram, quæq; contra bonos mores sunt, ea
non facere nos posse existimandum est. Secus enim si Prin-
ceps faciat, invisus erit Deo & hominibus. Deus averfa-
tur omnem justitiam; immò quod Sapiens ait, Regnum à
gente in gentem transfertur propter injustitiam & injurias
ac contumelias & diversos dolos. Quid? quod & homines
non nisi ejus dicto audientes esse volunt; qui legum mo-
nita satagit audire. Ni fiat: oriuntur factiones, gliscunt
conjuraciones, subsequæ sunt seditiones & tandem Re-
gnorum everfiones. Sicut ergo sine nervis corpus mo-
veri

eri non potest, nisi fortè in præceptis, ut lapis: ita Princeps
vel Magistratus propter injurias infestus & invisus re-
gnare & imperare non potest, nisi in breve tempus,

Ut lapsu graviore ruat.

Quod egregie intellexisse videtur *Virgo illa Plautina*, quæ
interrogata

Satin' Athena sibi vise fortunatae atq; opipara?

Plaut. in. Pat.

respondit: Urbis speciem quidem se vidisse: hominum, *Actu 4. scen. 4.*
verò mores se perspexisse parum: Ideoque de eâ se judi-
care non posse. Sic autem illud, inquit, *oppidum*

pulcrè munitum arbitror,

perfidia & peculatus ex urbe, & avaritia si exulant &

Quarta invidia, quinta ambitio, sexta obrectatio,

Septimum perjurium: octava indiligentia:

Nona injuria, decimum, quod pessimum aggressu, scelus:

*Hac nisi Urbe aberunt, centuplex murus rebus servandis
parum est.*

Heli Sacerdotis filios intuemini, qui animi securi omnia
licere sibi existimabant, quæ liberet. At quis successus
eorum, patrii que dominatus fuit? occisi sunt in prælio
filii: Pater autem hoc nuncio audito, cecidit è folio re-
trorsum ante templum Domini; ita ut fracta vertebra-
rum cervicis suæ compage moriretur; Sacerdotium ve-
rò ab hac familiâ ad *Samuelem* translatum sit: guberna-
tio regni ad *Saulum* devoluta. Idem fatum excepit Re-
ges Græciæ: qui quamprimùm cœperunt dissolutè vive-
re, & abusi sunt potestate, major pars Græciæ mutavit
statum Reipubl. Accidit idem aliis Regnis & Rebuspub.
Tarquinius Superbus apud Romanos, aliamne ob causam,
regno exutus est, quam quod pacta conventa, quibus ad
imperium receptus erat, violaret? quòd Senatam con-
temneret? quòd Satellitum armatorum præsidio ma-
gis, quam civium benevolentie fideret? quòd cognitio-
nes

1. Sam. 4. v. 11

*Dion. Halica
nas. lib. 5.*

Liv. lib. 1. c.

Flor. lib. 1. c.

bell. 8. 9. 9.

Ubravini lib. 19.

nes rerum capitalium sine consilio per se solus exerceret: quod sine justâ causâ alios occideret: alios bonis multaret, in quæ ipse invaderet? profus hæc causa fuit nõ alia: cur Regia potestas mutata sit in consularē. Sed hæc antiqua sunt: propiora videamus secula. *Veneti* nobis ad stipulantur, & in iis *Petrus Candianus Dux*: quem legimus ex merâ impotentiâ animi, & regiminis formâ nimis rigidè constituta; sibi & liberis suis exitium peperisse. Populus enim suæ libertatis memor, domum ejus injectâ flammâ incendit; tyrannum inde deturbavit, deturbatum trucidavit: filium, quod miserabile, in nutricis gremio jugulavit; & heu infandum! amborum corpora foras canibus lanianda projecit. Exemplum sanè memorabile, & omnibus Injuriarum Architectis formidabile! Sed est & propius exemplum, quod in vicinâ nostrâ contigit *Boemiâ*. Erat *Boemia Inter Rex Henricus Carinthie Dux*, qui cum ob summam avaritiam & injustitiam proceribus exosus esset; Conventu omnibus ordinibus indicto, *Praga* in cœnaculo grandi, Tribunal crexit, tanquam ex illo jus nonnullis dicturus, tolusque in consilium adhibuit, fraudis conscios judices. Mox Procerum nomina sibi invisa citat, & causâ indictâ, hunc de contumaciâ: illum de contumeliâ: alium de Majestate læsâ damnat: jubetque singulos in proximum cubiculum secedere, in quo Apparitores præstò erant, vincula, picem, laqueos ad terrorem ostentantes. Sumtum in præsens suppliciū de quibusdam in loco seclufiore; ne mors eorum, subitò facinus evulgaret. Reliqui in carceres *Pragensum* conjecti, nec illis claustra ante laxata, quàm se nuptiis plebejis redimerent. Hac injuriâ incitati Proceres, *Joannem Luxemburgensem, Henrici Casaris filiū, Regem* elegerunt: & *Inter Regem dejecerunt*. Quæ injuria &

& iniustitia digna fuit hæc pœna: quam sensere alii, & sentient porro omnes, qui

— σχολιάς κρινῶσι θέμιστας.

* ἐκ δὲ δίκῃν ἐλασσοι, θεῶν ὅπιν ἐκ ἀλέγοντες.

Nam omnibus temporibus

† τῆνεκ ἄρ ἄλγῃ ἐδωκεν ἐκβολῆ, ἢ δ' ἐπι δῶσει.

Sed diutulè hic obhæreamus, habet hæc animi Impotētia egregiam Comitē, *SUPERBIAM*, commune Nobilitatis Malum, ut ait *Salustius*. Nam difficile est in magna licentiā moderari sibi, quasiq; frenos imponere cupiditatibus. Plerumque tamen hic honoris gradus tumorem parit in animo imprudenti. Cujuscunq; autem animo inhæsit hoc vitium, adeò ingens & pestiferum est; ut nihil lethalius Principi contingere possit. Quid enim est tam sanctum, quod non contemnat superbus? aut quid tam justum, quod non violet vir tumidus & elatus? Lumen enim rationis ac prudentiæ extinguit Arrogantia: quæ simul ac animum Civilis viri occupavit, jam omnis humanitatis oblita, in lentam sævamque mutatur naturam, pronam prorsus & proclivem intertubare, spoliare, rapere, concutere omnia: Sed non considerant homines isti inconsiderati, quod *Tullius* ait: *Omnis arrogantia odiosa est*: In tantum quidem, ut ea unica sit contubernalis solitudinis, ut placuit *Platoni*: & sola animos subditorum ab imperantium amore & obedientiā abalienet: qui meliùs fortunam prementem, quàm superiorum superbiam & insolentiam ferre possunt quàm ipsi etiam Barbari odisse & taliū imperia excutere consueverunt. Nec hominib. tantum: sed quoq; ipsi Deo illa invisa sunt: propterea etiam superbus à Deo deseritur: Desertus perturbat omnia: & paulò post pœnam superbiæ per-

Jliad π.

* depravant p
blica jura,

Justiciamq;
gant, Divum.

verba verente.

Jliad. à.

†. Causa hori
pœnas misit D

US, & quoq; m
tet.

in Jurgurb.

Anton. Jmp.

Herodian. lib

Gruter. ex Sa

ber. part. 2. d

in Tac. p. 18.

Verrin. 1.

Salust. in Con

Catil.

Plato lib. 4 de

per.

Herodot. lib. 1.

persolvens, sibi ipsi ac familiae, & universae Reip. pestem
perniciemque accersit. Nam sicut fulmen eminentia,
quævis, & celsissima dejicit: parcat autem arbutis: sic
Deus Reges superbos ubique prosternit, amat humiles.
Quisquis ergo es imperantium,

En. Hercul. fur.
7, 2.

*Dominare tumidus, Spiritus altos gere,
Sequitur superbos ultor à tergo Deus.*

Encer. de divi-
st. p. 68.

Eleganter luserunt Græci; singulos homines comitari
Ἀδράσειαν, quæ cum ingerat & inculcet singulis aureum
illud, *μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον*, id est, *Ne quid nimis*: vibrato,
quod gestat, freno: tum exultantes stultâ ferocitate re-
primat, atque compescat, legitimas metas egressos fre-
no retrahat in viam, cui si pareant, potiantur & fru-
antur optatâ felicitate: sin hoc freno vel recusato vel de-
tracto abjectoque indulgeant libidinibus, mox accurre-
re *Nemesis*, pœnas immoderatorum consiliorum & co-
natum vindicem denunciantem atque incutientem. Et
verò quem unquam superbum non secuta est tandem
sua *Nemesis*? à quo non

vid. lib. 5. Trist.

Exegit dignas ultrix Rhamnusia pœnas?

Agite, audite gloriosam illam *Nioben*:

vid. lib. 6. Metâ.

*Sum felix: inquit, quis enim neget hoc? felixque manebo:
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit:
Major sum, quam cui possit fortuna nocere:
Multaque ut eripiat: multo mibi plura relinquet:
Excessere metum mea jam bona.—*

Sed ô instabilem illam & brevem ac vix momentaneam
felicitatem! Nam hæc fœmina uno die omnibus liberis
orbata & propter luctum in saxum conversa, re ipsâ ex-
perta est: vires hominum infinitis modis esse imbecil-
iores

liores Divinis: ideoque metuendū esse Deum: qui vindice dextrā humanam punire properat superbiam & fastum.

Tumidus quoque supra modum fuit & ventosus Nabuchodonosor, adeo ut in hæc verba eruperit: *Nonne hæc est Babylon civitas illa magna, quam ego edificavi in domum Regni, in robore fortitudinis meæ, & gloria decoris mei?* Dan. 4. v. At ecce vox de cælo: *Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, regnum tuum transibit à te, & homines dejicient te, & cum bestiis ac feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuicumq; voluerit, det illud.* Magni profectò momenti exemplum, & omnibus magistratib. in primis considerandum ac timendū. Luculentissimū fastuosi animi argumentū habemus in *Dario ultimo Persarum Rege*. Is se Regem Regum & consanguineum Deorum vocabat, atque *Alexandrum Magnum* famulum suum: præterea etiam jusserat Satrapas suos, ut insanientem illum *Philippi* adolescentulum (sic enim eum per contentum appellabat) verberibus puerilibus graviter cæsum, indutumque post veste purpureâ sibi vincitum traderent: At sensit tandem, quid superbiâ lucrifecerit. Nam vita pariter & regno ab illo adolescente, sed masculo satis, exutus est. De *Alexandro Magno* quid dicam? qui etiam divinos honores vivus ambivit. Sed mortuo, ne quidem ultimi illi honores, quos homo homini etiam humilimo persolvit, soluti sunt. Referunt enim historici, corpus illius multis diebus insepultum jacuisse, ob Principum concertationes. Quas propter *Olympia* mater, Regina prudentissima, non sine lachrymis exclamavit: *O fili, tu cum in numerum Deorum referri volueris, & id proficere summo studio conatus sis,*

D

care,

Curtius lib. 2.

carebisne nunc, qua sunt mortalium omnium communia terrā
& sepulturā? O tristem! ô lamentabilem! ô ipsos cœlos
commoventem vocem! Sed hoc fortè matri Regiæ non
adeò lachrymabile & lamentabile, nisi aliud accessisset
lachrymabilius juxta & lamentabilius. Quid verò illud?
Occisa est ipsa *Alexandri* mater, conjux, liberi, & Mo-
narchia in multas partes divisa est. A Monarchiâ Græcâ
anne ad Romanos eamus?

pert. lib. 3.

Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.

non. invitae.
76.

Nam quid evertit *Iulium Cæsarem* nisi fastus & arrogan-
tia? qui non modò honores nimios recepit, continuū
Consulatum, perpetuam Dictaturam, Præfecturamq;
morum: in super prænomen Imperatoris, cognomen
Patris Patriæ, statuam inter Reges, suggestum in Orches-
strâ: sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi
passus est: sed auream in Curiâ, & pro tribunali, then-
sam & ferculum Circensipompa, templa, aras, simula-
cra juxta Deos, pulvinar, flaminem, lupercos, appella-
tionem mensis è suo nomine, ac nonnullos honores ad
libidinem cepit & dedit. Quæ omnia ad intolerandū fa-
stum eum evexerunt, & simul ei necem, si *Dioni* credi-
mus, attulerunt. Ac ne veteribus hisce diutiùs immo-
remur, inter causas, quæ in ruinam egerunt **CAROLUM**

lib. 44.

7. Comment.

cognomento Audacem, Burgundia Ducem, Philippus Com-
minatus, vir magnæ apud eum authoritatis, Arrogantiam
enumerat, & Ambitionem, quæ ferum illum & iracun-
dum reddebant, pronumque ad infestandas bello vic-
norum regiones. Ac notata est vox ejus ambitionis ples-
na, quâ dicebat: Helvetiis, qui medii cis alpes essent, bel-
lo subactis, unam se futurum Principem, qui ab Ocea-
no Britannico ad superum atque inferum mare produ-
ctis

his imperi
Turcarum
tribus in G
eret. Long
no August
tuni) à cupi
tam gloriar
epes in æde
suis fide & r
fere morib
ere. Hic
ritendo ad
cetera trucid
effrenis ine
lapis: Ant
cipi glorifi
petara c. un
rijbet. Ec
tis, contem
bitas in fiff
vrae tuo: L
u Aquila, G
nam te, dicit
fratus.
Desine
Magn
Disce
Ante
Peru
Scavi
lâ quod &

Etis imperii finibus Christianam Rempubl. ab immanibus
 Turcarum tyrannide (ô speciosum prætextum!) exer-
 citibus in Græciam & Macedoniam transportatis vindi-
 caret. Longè profectò absimilior principi illi laudatissi-
 mo *Augusto Casari*, qui tantum abfuit, (verba sunt *Sue-*
tonii) à cupiditate, quoquo modo imperium vel belli-
 cam gloriam augendi, ut quorundam Barbarorū Prin-
 cipes in æde Martis Ultoris jurare coegerit, mansuros
se in fide & pace, quam peterent. Verùm ut diversis isti
 fuere moribus: ita planè dissimili exitu vitam suā clau-
 sere. Hic placido & naturali, ille violento atq; pœ-
nitendo ad Nancæam, caput Urbium *Lotharingia*, ab *Hel-*
vetiis trucidatus. Hunc finem habuit, nimis ferox, &
 effrenis inexpletæ superbix impetus: ut verè dixerit
Sapiens: Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & an-
tequã glorificetur, humiliatur. Et Deus ipse per *Abdiam Pro-*
phetam c.un. v. 3. interitum *Idumeis* ob factum denuncia-
 ri jubet. Ecce, inquit, parvum dispositurus sum te inter gen-
tes, contemptus eris valdè: *superbia animi tui decipiet te:* ô qui
habitas in fissuris petra; qui exaltas Solium tuum, qui dicis in
 corde tuo: Quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris,
 ut *Aquila*, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde dei-
 ciam te, dicit Dominus. Proinde ô Princeps, ô Magi-
 stratus,

cap. 21.

Proverb. 18. v.

Desine grandè loqui: frangit Deus omne superbum:

Magna cadunt: inflata crepant; tumefacta premuntur:

Disce supercilium deponere: disce cavere,

Ante pedes foveam; quisquis sublimè minaris;

Pervulgat a viget nostri Sententia Christi:

Scandere celsa humiles, & ad ima redire feroces.

*Prudent. in Pfy-
machia superb.
humilitat.*

Id quod & *Æsopum*, hominem quidem Ethnicum: sed

D 2

aliàs

uson lib. 6. c. 5. aliàs prudentissimum perspexisse constat. Nam interro-
gatus à Chione: quid faceret Jupiter? Excelsa, inquit, de-
primit: humilia extollit.

Superbiam verò maximè sequitur, quod
n. Octav. actu 2. *Totum per orbem maximum exortum est malum,
LUXURIA, pestis blanda.*

Pestis blanda dico & insidiosa, omnis generis deliciarū
Sirene:

— *Qua dedita semper*
iudian. 2. Still. *Corporis arbitrius: hebetat ealigine sensus,
Membrarū, Circēis effeminat acrius herbis,
Blanda quidem cultu: sed qua non tetrior ulla
Interiūs fucat a genas, & amicta dolosis
Illecebris torvos auro circumligat hydros
Illa voluptatum multos intexuit hamis.*

Nec verò voluptas illa & luxuria corrumpit virtutis tan-
tū indolem, obfuscaturque memoriam, sapientiam de-
struit, valetudinē lædit: sed magnas sæpe Resp. magna im-
peria funditus perdidit. Quapropter rectè dicebat Py-
thagoras: In civitates primum irreplisse delicias; mox
Saturitatem, deinde violentiam, postremò exitium.
Nam ubi illi, quid deliciis opimantur & exsaturantur, pi-
gri & insolentes fiunt: prope est ruina & interitus. An
argumentis opus! In promptu est: Molle ocium illos fa-
cile in bellum aut civile aut cum vicinis impellere: &
cum molles & effœminatos reddiderit, efficere etiam:
ut bellum temerè susceptum malè administrantes, vi-
cantur.

Ital. lib. 15. bell.
Pua.

— *Aspice latè*
*Florentes quondam, luxus quas verterit Urbes.
Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola nocet animis illapsa voluptas.*

Era

Erat *Volsinensium* Urbs opulenta legibus & moribus or-
nata: erat caput *Hetruria*. Sed postquam in luxuriam
prolapsa est, in profundum quoque injuriarum & tur-
pitudinis decidit: & cum cives servos suos sine delectu
manumitterent, & conviviis eos honestarent, rempub. *Valer. Max. l. 2. c. 1.*
amiserunt. Ferunt & *Sybaritas* à *Crotoniatis*, & *Cardianos*
ob similem voluptatem, eamque nimiam, victos & sub-
actos fuisse. Nec ignotum est exemplum *Capue* *Companie*
Urbs quondam florentissima: quæ cum insolentis arro-
gantia & luxuriæ vitio laborare cœpisset, à *Romanis* ob-
sidebatur; fame expugnabatur, & Senatu securi percuf-
so civibusque & reliqua multitudine sub hasta venditis,
ita fuit habuit, ut nunc nil, nisi ruinæ tantæ arrogantia
& luxuriæ restent. Pari facilitate & *Græci Trojanam*

Invadunt Urbem; somno vinoq; sepultam;

Virg. 2. Æneid.

Ne verò in everfione Urbium justo longior sim: Cur res
regnum *Asie* ab *Arbace* ad *Medos* translatum est, nisi ob ni-
miam *Sardanapali*, Regis ultimi, voluptatem & luxum? *Iustin. l. 1. c. 3.*
Cur *Xerxes* amplissimo regno suo ruinam intulit: nisi
quod nimium luxu & voluptatibus colliquesceret? Cur *Darius*
ultimus se suosque in extremum exitium præci-
pitavit, & vitam ac regnum perdidit, nisi quod luxuriâ
& intemperantiâ captus fuit? Denique cur nostrâ ætate
Muleasses de regno dejectus, nisi ob intemperantiam?
qui tametsi exul in *Italia* & *Germania* versaretur ac de o-
pibus *Caroli V. Imperatoris* in quo spes omnes collocarat, *Bodin. l. 4.*
omninò desperaret: nihilominus ad pavonis unius, quo *Rep. c. 1. p. 585.*
vescebatur, cõdimenta, vix aurei nummi centũ sufficie-
bant; ut quidem *Iovius* scribit. Et ut suavitatem ac dul-
cedinẽ, quæ ab harmonia proficiscitur, jucundius molli-
usq; hauriret, oculos velabat, quod duobus sensibus
duplicem voluptatem simul percipi non posse didicif-
set

set, sed non sine ultione divina, ferro candenti oculorum humores sensim exsiccante, jussu filiorum obcecatus est, ac imperio spoliatus. Indignum quidem filii facinus: sed tamen digna luxu & intemperantiâ pœna!

4. Pharsal.

—ô prodiga rerum

Luxuries, nunquam parvo contenta paratu,

Et questorum terrâ pelagog, ciborum

Ambitiosa fames, & lauta gloria mensa!

Discite quàm parvo liceat producere vitam.

ba. serm. 10.

loff. l. 22. Rep.

. 12. in pr.

At verò quam huic patri (luxum intelligo) filiam dero? nimirum *Avariciam*; quæ ut *Bion* dicebat, *omnis improbitatis est metropolis*, & sæpe causam dat subversioni status publici & principatûs, vel magnas in eo excitat mutationes tragicas. Cùm enim luxu & intemperantiâ vel etiam nimis largitionibus ararium Reip. & pecunia, quam sapientes semper nervos imperii rectè dixerunt, exhauritur: certè sumtus ad bella necessarii deesse incipiunt. His verò deficientibus, quomodo regna tuebimur? & depol. ut corruant, necesse est, quemadmodum sub *Constantino Monomacho* accidisse legimus; qui immanibus suis largitionibus immoderatisq; sumtibus ad eò Imperii opes profudit, ut *Turcarum* irruptioni non resisti potuerit, ipsiq; magnam Imperii Orientalis portem occupaverint. Sunt tamen qui nihilominus Imperium defendere, & autoritatem ac fastum porrò propagare satagunt. At quibus modis? novas excogitant exactiones, inusitata tributa, illicita mercimonia; & quia aliis voluptatibus ob penuriam & egestatem orbati sunt, ætatem suam cum *Simoni de*, fovere volunt quaestuariâ. Tantus equidem

ron. Car l. 4.

eius vita.

PHARSAL VOL. 1.

ron. Arbitr

in sab

— furor est, emtig, Quirites

Ad pradam strepitumq; lucri suffragia vertunt.

Venalis populus, venalis Curia patrum.

Ola-

Olabem!
Nunq
quin hac a
ne quis aliq
gnior! Lon
ille Comm
atibus, fa
impuritate
umque crim
illicis nand
neas pro
estatores,
podea, si fu
ens quod
te demum
rumq; lup
bon cur fir
opire dede
rectigali in
avaritiam,
cecatum in
ut neque de
gnosceret.

Quando au
predandi v
tiam adhib
pecunia Le
suada & r
tur; sed fol

O labem! O pestem! & tamen multos hoc egisse legimus. Nero nunquam munus publicum, cuique delegavit, quin hæc adjiceret: *Scis quibus mihi est opus: & hoc agamus* Sueton. & *Di- ne quis aliquid habeat.* Vox prædone quàm Principe dignior! Longè iniquiùs fecère *Caligula* & *incommodus* ille *Commodus*. Hic enim alienæ mortis facultatem cupis entibus, facilè pecuniâ permisit, omniumq; scelerum impuritatem auro condonavit, palam litium capitaliumq; criminum judicia vendidit, haud secus, ac si publicis nundinis venundandæ essent. Ille verò post immensas profusiones ad avaritiam & rapinas conversus, testatores, ut ipsum hæredem scriberent, cogebar, quos postea, si supervixissent, veneno tollebat: ridendos ducens quod condito testamento superviverent. Superante demum cupiditate atque avaritiâ, fœminarum mariumq; lupanar in palatio condidit, ac misit, qui per Urbem cursirantes, obvios, ut fructuosum vectigal Principi redderent, invitarent. Quid porrò? coacta ex eo vectigali ingens pecunia. O ingentem inexplebilemq; avaritiam, quæ in tanto Imperio tantum Principem excœcatum in eam vilitatem abjectionemq; deduxisti; ut neque dedecus suum, neque imperii ignominiam agnosceret.

—Sed quæ reverentia legum?

Quis metus aut pudor est unquam properantis avari?

Juvenal. sat. 1.

Quando autem isti exquisiti subinde novi sinus & varia prædandi vocabula non sufficiunt; tum vim ac violentiam adhibent. *Themistocles*, aliquando ad *Andrios* super pecunia Legatus: *duobus diebus comitatum venire se dixit: Suadâ & violentiâ.* At isti lupi non Suadâ aliquâ utuntur, sed sola violentiâ. Et licet Subditi cum *Andriis* duos
itidem

Lucian.

itidem suos Deos producant : *paupertatem* nimirum & *impotentiam* ; tamen illi ἀρπακτικώτεροι τῶν θεῶν :

aut. Bacchid.

—rem auferunt cum pulvisculo.

Archiloch.

immò etiam παντ' ἀνδρ' ἀποσκολύπτειν : *omnem hominem* natum excoriare , ac quod vetus verbum ait : καὶν δ' ἀπὸ νεκρῶν θεῖεν : *vel à mortuo auferre non verentur* . Atqui ego cogitari ò Princeps , ò Magistratus , illud Poeta pervelim :

id. l. 1. Amor.

Non habet eventus sordida prædabonos.

Eleg. 10.

1. Reg. 12.

1. 8. Aut. c. 3.

Roboamum , filium Salomonis tibi ob oculos pone ; à quo decem tribus regni & populi Israelitici defecerunt : quòd compellatus & rogatus à populo de remittendis tributis & oneribus , quibus Salomon eos oppresserat , plura imposuit . Inter causas etiam subversionis domus Achabi , Iezabelis & posterorū numeratur cupiditas habendi vineam Nabothi . Quid de civitatibus Syria dicam , quæ ab Antiocho Magno defecerunt ? defecerunt ideò ; quòd à copiis militaribus gravarentur . Quam ob causam Perseus non partem modò : sed integrum regnum Macedonia amisit , nisi ob avaritiam ? Scire vultis quid alia regna funditus everterit ? Evertit avaritia . Quod si Roma Urbs invictissima , vocem coram vobis emittere posset , nonne in hæc verba erumperet ? Ego illa Orbis domina , tot tropæis ornata : tot triumphis magnificata : clarissimis locupletata victoriis , vestra ò Verres , ò Rulle , ò Catilina , vestra , inquam , avaritiâ , ad eum , quem videtis statum redacta & reducta sum . Quam dolis fraudulenta Carthago , quam viribus potens Numantia : quam divitiis pollens Corinthus delere aut labefactare tantum non potuit , etiam vos avaritiâ vestra , non tantum labefactastis : sed penè delevistis . Putatisne verò , Auditores , Mauritium Imperatorem , à Phoca Centurione securi percussum fuisse , nisi ob avaritiam fuisset desertus à militibus ?

2. Reg. 12.

Am. l. 38. c. ult.

v. lib. 44. cap.

5 45.

Colateran. l. 23.

Phocas

Phocas Mauritiū successor contumeliis affectus ? Cur sub illo ipso *Phoca*, *Germania*, *Gallia*, *Hispania*, bona pars *Italia*, *Pannonia* & magna pars *Africa* : In Oriente *Armenia*, *Arabia*, *Macedonia*, *Thracia*, *Mesopotamia*, *Aegyptus*, multæque aliæ provinciæ partim defecerunt: partim à *Persis* & aliis barbaris occupatæ sunt ? Cur deniq; & ipse è medio sublatus est: nisi ob eundem avaritiæ morbum ? Sed hæc externa sunt & antiqua exempla : dabimus & viciniore & recentiora.

Cum *Mahometes Bassa Solymanni* Turcarum Imperatoris, quendam captivum non obscuræ sortis amisisset; certisq; nunciis cognovisset, illum ad *Chios* confugisse: graviter coram illius Insulæ legato conquestus est, injuriam sibi fieri, quod ipsius fugitivum *Chii* apud se retinerent: verbisque acerbis minitatus est: nisi quamprimum illum remitterent, vel redemptionis precium numerarent, se eam contumeliam non neglecturum. *Senatus Chius* hæc re per literas legati cognitâ, è vestigio pecuniâ *Oratori* suo misit, quæ *Mahometes*, captivi nomine persolveretur. At ille lucri cupiditate allectus, pecuniâ in suos usus convertit. *Mahometes* se à *Chiis* contemnitatus, quod nec pecuniam, nec captivum recepisset, *Solymannum* in eos concitavit: qui statim *Bassa Piali* classem parare, & insulam in potestatem redigere iussit. Quid *Piales*? imperatoris iussis obtemperans, brevi adornatâ classe, *Chios* incautos, & nihil hostile à *Turcia* timentes, facile oppressit. Ita unius legati avaritia, & sibi & patriæ exitium attulit. An facinore Barbarico non movemini? capite Christianum. Creabatur Rex *Io. Magnus* lib. 3. *Sueonum* & *Gotthorum*, *Albertus Megapolensis Ducis filius*. 612. At cum exhaustum ærarium reperisset consiliariorum pessimorum rapinis: coactus est vim subditis inferre: &

E con-

contractis ad comitia Episcopis, proceribus & cæteris, qui in Regno fundos possidebant, tertium prædium ab his pro suâ Curiâ sive Aulâ sustentandâ postulavit: statimque sine consensu possessorum omnia quæ voluit, nullo servato numero, occupavit. At quid proceres ad hæc? cum *Maria Dania regina* conspirarunt & *Albertum* propter eam tyrannidem regno ejecerunt. Et cur non tam avarum subditorum expilatorem, tyrannum appellem? *Ædepol* Rex dici vel Princeps solus ille potest, qui honestè vivit, alterum non lædit: sed juris ordine servato jus cuique suum reddit. Quod verò si neglexerit & subditos spoliaverit; non Princeps, non pater: sed tyrannus est. Nascitur itaque ex illa avaritiâ & expilatione Tyrannis, *cujus proprium est, quicquid subditus quisque habet, amplum, egregium, pulcrum, sive in rebus mobilibus, sive immobilibus occupare & sibi soli retinere.* Immò in hoc unum intenti sunt tyranni; ut cum summâ licentiâ voluptates atque libidines suas expleant, ejectisque aut interfectis civibus & prudentissimis quibusq; reliquum vulgus exactionibus deglutiant. Uno verbo dicam; quod tigris, Basiliscus, aspis, ac cæteræ deterrimæ feræ, serpente sq; lethiferæ humano corpori: hoc Tyrannus est regno vel principatui.

Reg. 10.
 tit. de judic.
 tit. de Princi-
 e l. 3. p. 42. lib. 5.
 72. l. 8. p. 120. l.
 Paul. 22. ff. de V.
 lib. 3. ff. de test.
 ut. c. scelus 2. q.
 c. non omnes 7.
 9. 7.
 Danaus aphoris.
 48. ex Plinio Pa-
 negyr.
 Isocr. Epist. 7. ad
 Timorb.
 Chokier. Aphor.
 Polit. lib. 6. c. 11.
 Claudian. bell.
 Gild.

*Instat terribilis vis: morientibus hæres:
 Virginibus rapter: thalamis obscænus adulter.
 Nulla quies: oritur prædâ cessante libido:
 Quisquis vel locuples, pulchrâ vel conjuge notus,
 Crimine pulsatur falso: si crimina desunt,
 Accitus conviva perit: mors nulla refugit
 Artificem: varios succos spumasq; requirit
 Serpentum virides, & adhuc ignota novercis
 Gramina—*

ô sce

ô scelus ! ô flagitium ! cogitare incipio annon eam ob
causam *Antisthenes* rectè carnifices tyrannis pretulerit?
Nam à carnifice quidē homines injusti interimuntur ; à
tyranno autem etiam infantes. Contemplare fodes *He-
rodem* Judææ tyannum , cūm audivisset affinem suum *A-
ristobulum* , summum Sacerdotem , in summâ esse gratiâ ,
eum astu in regium hortum abductum , in proximam pi-
scinam mergi , suffocari que jussit. Quid de Romanis di-
cam ? Adeò crudelis animi fuit *Caligula* , ut sæpe de cons-
ditione suorum temporum quereretur , quod nullis ca-
laminatibus insignibus notarentur : se exoptare palâm
profitebatur , ut populus Romanus unam tantum cervi-
cem haberet ; ut uno ictu gloriam Romanorum & no-
men aboleret. Cum aliquando in lusu alexæ pecunia sibi
deesset ; *Gallorum* descriptiones postulavit , ac ditissimis
interfici jussis ad collusores reversus : *Ut vos* , inquit , *de
paucis drachmis laboratis ; ego verò dum absens fui , centies
quingenties millies mille coegi*. Post ejus mortem inventa
est arca ingens , in quâ variorum venenorum pocula as-
servabantur , quibus mox *Claudio Cesare* jubente , demer-
sis , infecta maria , in qua projectæ sunt , dicuntur , quòd
magnus piscium numerus iis enectus per proxima littora
passim ab æstu ejectus conspiceretur. *Nero Caligula* per
omnia vitia ac scelera sectator , majorem senatus par-
tem , matrem , fratrem , sororem , uxorem , cæterosque
cognatos & propinquos ac præceptorem suum interfe-
cit ; urbis Romæ incendium voluptatis suæ spectaculum
fecit ; ut omnia ferè nefanda sua flagitia per petulantiam
faciebat. Quo loco habendus *Caracalla Bassianus* ? qui
cūm fratrem *Getam* infensum haberet , & consortem im-
perii pati non posset , in ejus cubiculum irrumpens nihil
tale expectantem supra matris pectus obtruncat ; dome-

Stobæ serm. 4.

*Ioseph. lib. 2.
Ant. c. 8.*

*Oros. lib. 7.
Zonar. anna-
tom. 2.*

*Oros. lib. 7.
Abb. Ursper.*

Herodian. lib.

fficos ipsius omnes & amicos, ministrosq; omnes nullâ
gratis ratione habitâ occidi iussit: quorû cadavera plau-
stris per cõtumeliã imposita, atq; extra urbẽ exportata;
Duces provinciarum universos ac procuratores veluti
Geta amicos & fautores neci etiam dedit, & ex militibus
ad viginti millia. Nec *Papiniano*, viro illustri, prefecto pra-
torio pepercit: sed occidendum curavit; quod fratris eã-
dem excusare nolisset. *Alexandrinam* juventutem in-
medio militum circumventam, quod ab ipsis civibus
dictariis & scommatibus petitus fuisset, interfici iussit.
Intuimini *Acrotatum*, qui *Solistratum*, virum strenuum,
ad cœnam vocatum dolo interfecit: & qui eandem ob-
causam interfici iussit *Vitalianum Anastasius Imperator*.
Quid multis? nunquid *Andronicus tutor* datus *Alexio*, *E-*
manuelis Orientis Imperatoris filio, postquam imperium
sibi sumsit, extincto prius crudeliter pupillo, proceres
omnes trucidavit? nonne & alii alios? Hi enim sunt mo-
res, hæ artes, hæ actiones Tyrannorû. Ex quo fit, ut impe-
riû corû minûs sit stabile, minûs firmû, minûs diuturnû.
Animos & oculos vestros ad *Andronicum* remittite: non-
ne ille anno secundo Imperii, comprehensus mutila-
tusque alterâ manu & oculo, scabroque camelo facie
ad posticum versâ per urbem circumductus, & vulgi tu-
multu uncis & harpagonibus penè frustillatim discer-
ptus, pœnas dedit parricidii, tyrannidis & injustæ sævi-
tiæ? Nonne *Cambyfes* septem vix annis & mensibus quin-
que Regno suo præfuit? *Sogdianus* vix septem: *Arfes* vix
tribus, *Darius* vix quatuor. Ad Romanos si nos converti-
mus; neque *Cinna*, neque *Sulle* longa fuit dominatio.
Quid de *Galbâ*? quid de *Othone*? quid de *Vitellio* dicam?
& hi profectò duntaxat sedecim circiter menses imperi-
tarunt; quam sortis aleam experti sunt *Diocletianus*,
Commo.

lor. Sic. lib. 19.

grius 4. hist.

c. 3.

m. Car. lib. 4.

in vita.

Nicee.

l. i. Annal. in

pr.

Commodo
Dicius, Va
Seneca ait
Iulius ad
diuturna.
Ad G
Defce
Videris, op
causa con
periorum
cum vestra
nere, que
fociles qu
in Tyranno
crudelitate
Principis,
fina, nata
tur, eò ma
nim (subd
delitatem;
dii simul
iam illatan
hi execran
derunt, met
que vis ull
esse diutur
gitur: tam
Dolo
Nihil ita q
Remp. aut
enim Juli

Commodus, Pertinax, Julianus, Macrinus, Gordianus, Decius, Valentinianus, Gallianus. Adeo verum est, quod *Seneca* ait: *Invisa nemo imperia retinuit diu: & quod Salustius ad Casarē. Crudelia imperia acerba magis sunt, quam diuturna.* Addo & illud *Satyrici.*

*Ad Generum Cereris sine cade & sanguine pauci
Descendunt Reges, & sicca morte tyranni.*

Juvenal. sat. 1

Videtis, opinor, quasi per transennam, Auditores, quæ causâ conversionum & everfionum, Rerumpub. & Imperiorum sint in ipso Magistratu: liceat mihi nunc bona cum vestra gratia, quâ fieri poterit brevitate, eas proponere, quæ ex subditorum ordine emergunt. Atque *Aristoteles* quidem duo recenset, ob quæ subditi insurgunt in Tyrannos: *Odium & Contentum.* Odium nascitur ex crudelitate, avaritiâ, superbiâ, animique impotentiâ Principis, pessima equidem ex hac commixtione pessimâ, nata proles; quæ & quò magis latet atque occulta- tur; eò magis Rebusp. & imperiis exitiosa est. Cum enim subditi in metu versantur propter imperantis crudelitatem; certum est, omnes & singulos accerrimis odii stimulis concitari: illi ad vindictam propter injuriâ jam illatam: hi propter inferendam. Illi quidem

lib. 5. Polit. c.

testantur gemitu graves dolores:

Sen. 1. de clem.

hi execrantur, insidiantur, opprimunt: quoniâ quæ oderunt, metuunt, quem quisque odit, perisse expetit. Neque vis ulla imperii tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna. Et licet metus vires & audaciam non largitur: tamen

Cic. 2. offic.

Dolor, ira, mæror, miseria, luctus, dabunt:

Sen. O. 1. av.

Nihil itaque certius est, quam mutari vel etiam interire Remp. aut Imperium; ubi odia nimium creverunt. Quid enim *Julio Casari*, aliisque principibus Romanis exitiû

præbuit; nisi odium ex animi ejus impotentia natum?
on. in vita *Julio*, inquam illi, qui tot tantaque bella gessit, qui tot
c. 14. tantosque hostes profligavit, Imperiiq; fines longè lateq;
produxit: Is tandem ob affectatum absolutum Imperium, in odium Romanorum vocatus, ab amicis ac necessariis suis, sine ullâ perfidiæ suspitione, in Senatu trucidatus est. *Domitianus* quoque, cum terribilis & invisus esset omnibus, tandem oppressus est amicorum, libertinorumq; conspiratione simul & Uxoris: ut haud improbè præbus Poeta:

Oedip. act. 3.

*Qui sceptrâ duro sevus imperio regit,
Timet timentes: motus in Autorem redit.*

Exerit se aliud malum; quo subditi in Tyrannos insurgant, & Respublicas ac regna sæpe mutant, sæpe etiâ evertant. Id sanè contemptum dixi; quando in primum subditis abjecta vilisq; opinio de rege, ejusq; statu: pessima omninò Regnis & Rebus publ. longeq; pejor ipso odio.

f. Polit. lib. 4.

c. 12.

Stot. 5. Polit.

c. 6.

Quod *Philosophus* indicavit: qui cum dua sint, inquit, causa, ob quas insurgitur in tyrannos, odium & Contemptus: alteram earum adesse Tyrannis oportet, Odium. E contemptu vero plurima fiunt everisionum. O veram & vel ipso Apolline certiozem vocem! Quot enim oleum flammæ: sulphur incendio: flagellum Furia: hoc contemptus Reipub. aut Imperio, ubi odio semel dexteram dederit. Metus sæpe frenum injicit odio, quò minus aliquid tentet, ideoq; tyranni eum pro asylo quasi habere videntur. At cum contemptus odium armaverit; facile osor metum excutiet: & non cogitabit tantum: sed etiam audebit & tentabit. Ex quo certa pernicietas, *omnisq; hic imperii contextus, in multas partes dissiliet, vel etiam*

okier. lib. 6. A-

phoris. c. 6.

1. 1. de clem.

crot. lib. 5.

— subversa jacebit

Pristina majestas Soliorum & sceptrâ superba.

Conte-

Contemptum verò in Principem Imperitiâ Regnan-
di, & Intemperantiâ, tanquam bini parentes infel-
licem prolem generant. Ex intemperantiâ nascuntur;
Libidines & comessationes: Ex Imperitiâ verò regnandi,
Lenitas nimia & Ignavia. De quibus dum paucis dissero;
vos modò, Auditores, quâ hactenus, patientiâ me au-
divistis, porrò audire non dedignamini. Ac ii quidem,
qui nimiam lenitate dulces sunt, in se & in Remp. peccant: si-
quidem omnem Authoritatem, quæ Spiritus & Anima
est Principis, amittunt: & plebi licentiam præbent pec-
candi. *Malum quidem est Principem habere, sub quo nihil*
ulli liceat, pejus verò eum, sub quo omnia omnibus. Nimiam &
præposterâ lenitate, contentionem sibi conciliavit gra-
vissimam Imperator *Galba*, quem adeò remissum fuisse
in puniendo ferunt; ut passim non vitia modò usur-
parentur: sed etiam multis placerent. Quin & populo
deposcente supplicium *Haloti & Tigillini* solos ex omni-
bus *Neronis* emissariis, vel maleficientissimos incolumes
præstitit: atq; insuper *Halotum* procuratione amplif-
simâ ornavit. Hinc orta animorum alienatio; hinc re-
bellio in eum; hinc ad extremum cædes. Eadem in con-
temptum extremum adductus est *Henricus III. Legionis &*
Castellæ Rex. Hic enim dum assiduè lenis fuit, passusque
est noxios vulgo grassari, tandem fulcrum ipsum impe-
rii amisit, Authoritatem. Unde subditi metu & reve-
rentiâ Principis excussâ, administratione Reipub. eum
postea submoverunt, surrogata in ejus locum *Elisabetâ*
Ferdinandi V. Regis uxore, muliere, longè illo aptiore
quæ regeret, & severiore. Nec verò tempore pacis tan-
tùm: sed etiam tempore belli nimia lenitas nocumento
est. Quo nomine vehementer *Constantini Imperatoris* in-
dulgentiam & lenitatem erga milites accusat *Zosimus*
Comes,

Cic. ad Att. 5
14.

Dio in Ner

Sueton. c. 15.
vita.

Alexius hist. 1.
Castil.

Comes, qui historiam sub *Arcadio & Honorio* Græce scripsit: ipsum videlicet liberum Barbaris in ditiones Romanas aditum dedisse; rerumque sensim pereuntium, internecioni, principium ac semina præbuisse: Quod nimirum indulgentiâ suâ, majorem militum partem à militibus summovertit, Urbesque mediterraneas tranquillas & quietas militum peste gravavit: auxilii indigas, & hostibus oppositas præsidio nudavit, & veteranos milites per Urbes ac dominia sua sparsos, theatris ac voluptatibus enervari passus sit. Rectè ergo fecerunt *Romani*, quod *C. Lælium Consulem*, tametsi rerum civilium peritiâ cæteris præstaret, tanquam ineptum admittere ad *Dictaturam* noluerunt; eò quòd remissior esset ad supplicia & lenior, quàm *Dictatura* postularet.

*omnis Halicarn.
8. lib. 5.*

in. Panegy.

Annal. Saxon

lib. 6. Dan.

toni 3.

Danorum Regi,

Lenitatis genuina soror est Ignavia, vera pestis ac perniciēs Imperantium simul & Imperiorum. Nam ubi semel sui ipsius studium remiserit Princeps, aliorumque fide nixus fuerit, & ab arbitrio suorum Consiliariorum dependerit, ita ut per hos audiat, per hos loquatur, per hos prætura etiam & Sacerdotia ac consulatus regantur, immò & ab his petantur; magna imperia contineri nequeunt. Expertus hoc olim est magno suo cum dedecore *Henricus IV. Imperator*; in quem, nullam aliam ob causam *Saxones* conspirasse legimus; quàm quòd domi, & in umbraculis hortorum desideret; aulicis interea publicam rem pro libitu gubernantibus. Et quem supra dixi, *Wenceslaus Imperator* ideo Imperio privatus est: quòd domi Vacuaret, & imperium suis membris mutilari pateretur. Nec *Hiarnus* ille, qui ob scriptum Epitaphiũ *Frisoni 3. Danorum Regi*, à *Danis* Rex declaratus fuit, solertiùs egit. Itaque & ipse rursus propter ignaviam regno pulsus est. Quid verò de vobis dicam ò *Athenienses*? Certe

te

tè quod jam olim de civitate vestra jactitatum est, nimis
fo corditer consultastis, parumq; prospexistis. Injuriã me-
ne vobis facio? Tu age pro me responde *Demosthenes*
& denuò iisdem quibus olim verbis, auribus illud dili-
genter inculca: *Quanam est causa, Athenienses, cur Phi-*
lippus plures quàm nos superiori bello, ex animi sententia ges-
sit? hic ipse militat, labores perfert, periculis adest, neq; oc-
casionem rei bene gerenda pratermittens, neque ullam anni
partem mittens: Nos verò (dicitur verum) nihil facientes
heic perpetuò sedemus, cunctabundi, tum decernentes, tum
interrogantes, si quid novi in foro dicatur. Quod igitur mul-
tabello perdidimus, ignavia nostra jure adscribi convenit. Et
forsan apud alios veniam ista ignavia in propriis mereri pos-
set. Sed ò summe Jupiter, omnesq; cœlitcs: hoc, hoc turpe est, &
indignum vobis, indignum civitatis amplitudine, indignumq;
rebus gestis Majorum, vestra ignavia causã reliquos omnes
Græcos in servitutẽ projectos esse. Hac vester Demosthenes, ò
Athenienses, & verè quidem dixit. Nunc enim quid vos,
nisi mera mancipia Turcarum, & improbissimorum,
quorumque hominum? Tanta pestis tanta perniciēs est
Ignavia.

Orat. ad Philip.
Epist.

Olymb. 1.

Orat. de reb. Cher-
sones.

Huic autem meritò adjungimus, tanquam ex In-
temperantiã & luxu natas sororulas, egregias scilicet,
Libidinem & Comestationem sive *Gulam*: quia *Achilles* eas
conjungere videtur. Cum enim ignavo & vesano Regi
convicium facere vellet, gravius eum & atrocius crimi-
nari non potuit; quàm quod eum temulentũ vocaret,
hoc uno probro, quicquid erat gravissimorum flagitio-
rum complecti visus.

Certa equidem cunctis causa est manifesta ruinis,

Propert. l. 3. Eleg.

Luxuria nimum libera facta via.

12.

Cum enim subditi vident principes suos onere omniũ

F

nego-

*Paul. Emil. in
Annal. Gal.*

*Aristot. lib. 5. Pol.
c. 10.*

Polib. lib. 5.

*Senec. de brevitat.
c. 6.*

*Aristot. lib. 5. Pol.
c. 10.*

*Bodin. lib. 4 c. 1.
de Rep. p. 584.*

negociorum in eos deposito delitiis & voluptatibus se dedere, à suis ipsorum ministris, sæpe Principatu spoliantur. Nam ii, qui gulæ delitiis gaudent, populo aut domesticis in ipsos conspirantibus, aut externis bellum inferentibus, ita stupidi & consiliis inopes sunt; ut facile ad illorum condiciones depaciscantur: partim, ne quid de suis voluptatibus diminuunt: partim, ob inscientiam & imperitiam rerum administrandarum, quæ tanta sunt, ut ad eas restituendas, unde faciant initium, non intelligant. Et non solum Principatu: sed sæpe vitâ spoliantur, qui subditis ob perpetuam crapulam contentui sunt. Afferit *Aristoteles Dionem* non aliam ob causam invasisse *Dionysium*, quàm ob contemptum, quod videret, ita affectos cives, & illum semper ebrium.

Et *Ptolomæus Philopater Rex Ægypti*, ob maximas & frequentissimas ebrietates, multos brevi tempore vitæ simul ac regno suo insidiantes invenit. An deniq; *Arsacem* aliud quid movit, ut *Assyriorum Imperium* invaderet, transferretq; ad *Medos*; quàm delitiæ *Sardanapali*, veri Epicureorum non *Assyriorum Regis*?

Ad contemptum autem ut plurimum fenestras aperit Libido principis non eo tantum: sed etiam viro indigna: si verum, quod dicitur, ut verissimè dicitur: quod in *Venerem ac libidinè projectorum inhonesta labes est*. Ideo despicabiles fiunt & multas importunitates præbent insidiantibus; immò & hoc certò constat: libidinem plures perdidisse quàm crudelitatem. Crudelitate enim homines perterrentur. At libido tyranni nõ modò subditos ad odium: verùm etiam ad contemptum excitat: cum intelligunt hominem voluptatibus deditum impotentis animi esse: nec imperio dignum videri, qui imperare sibi non possit: Quid enim prioris mundi incolas

colas perdidit? Libido. Quid amœnissimas illas quinque; *Gen. 6. v. 2.*
 urbes, *Sodomam, Gomorrhham, Adamam, Seboim & Segor?* *Gen. 19.*
 Libido. Quid totam tribum *Benjamin* delevit? Libido. *Judic. 20.*
 Quid florentissimum *Regnum Trojanum* pessundedit? *Herodot. l. 2.*
 Libido. Quid *Tranquinium Superbum, Romano?* quid *Liv. lib. 1 in fin.*
Rodericum Gothum Hispanico? Quid *Culculenum Scotum,* *Io. Magnus.*
Scotico Regno exiit? Libido. Quid *Thebas* evertit? Libido. *Heñor. Boët. 2.*
 Libido. Quid *Leuctra* delitavit? Libido. Quid *Urbes duas A-*
frica potentissimas à Rege *Fessarum* abalienavit? Libido. *hist. Scot.*
 Libido *Dionysium Juniozem & Hieronymum, Sicilia Reges,* *Diodor. Sic.*
Carneadem Persarum, Pisistratum Atheniensium: Childerium, *Bodin. lib. 4. Rep.*
Carolum Crassum & Theodoricum Gallie: Lugiacum, *c. 1.*
& Megalum Scotia: Rhodoaldum Danie, Reges. Libido *Ex Volaterano.*
Joannem Galeatium Sfortiam, Alexandrum Medicum: *Paul. Diac.*
Perucium Senensem è medio tulit.

O quam cœcus inest viciis amor! omne futurum
Despicitur, suadentq; brevem presentia fructum.
Et ruit in vetitum damni securâ libido.

Claud. Eutrop.

Damni se securam existimat Libido. At profectò non est
 sine isto comite: quippe nascuntur ex ea Insidiæ; nascun-
 tur Conjuraciones, proditiones. Non colligam multa:
 Insidiis, vel unius scimus patere Regem vel Principem, qui vitâ probrosus est. Namq; cum variis principum suorum flagitiis subditi alienantur, mox odium concipiunt; ab odio autem contemptum capiunt: unde illis struunt insidias, quos apertè è medio tollere nequeunt. Evolve, si libet, & revolve omnis ævi rerum gestarum monumenta, & certis quibusdam progressibus comperies, paucos ab illis immunes fuisse: sed multos iisdem petitos; plures planè periisse. Percurrere mihi Cæsarum vitas; aut cadam hac universâ causâ: non facilè quemquam fore, qui insidiarum expers fuerit. Testis tu mihi eris, *Juli Cæsar, Claudii, Domitiane*: testis tu

Q. Curtius lib. 4.

ueton. in vit. c. t. 9. mihi *Caje Caligula, Vitelli & tu quoque Auguste*, optime alioqui & modestissime Princeps; qui ne ultima quidem sortis hominum conspiratione caruisse diceris. Sequenti autem ævo ab *Ælio Pertinace* (qui octuagesimo Imperii die, à militibus, *Juliano* authore, occisus, qui & ipse septimo occupati Imperii mense à *Septimo Severo* obtruncatus est) usq; ad *Numerianum Car* filium nonaginta circiter annorum spacio viginti circiter Imperatorū insidiis suorum perierunt. Usq; adeò verum est, quod *L. Curtius* ait: *Plures Regum à suis quàm ab hostibus interemptos.* Nolim mihi hîc aliquis cavillū obtrudat: insidiis nō omnes Principē aggredi posse: Nam aliā viā incedunt, & occultum illud atq; insidiosum malum latebris suis extrahunt, nimirum *Proditionem, tantum incommodi humano generi afferentem, quantum salutis bona fides.* Nam Urbes ea arcesq; quamlibet munitas deserit, consilia Reipub. vel Principis optima, hostibus detegit, atq; adeò ipsum

lib. 9.

Val. lib. 9. c. 6.

Claud. in Ruff. l. 2.

*Imperium tanto quasitum sanguine, tanto
Servatum, quod mille Ducum peperere labores,
Proditor unus iners angusto tempore vertit.*

Vultisne id demonstrarem testimoniis? quid frequentius in hoc mundi teatro, quàm quod Urbes, oppida, provinciæ, regna proditione concutiantur, evertantur & ad alios Dominos transferantur? Proditione vel potentissimos Principes à sceptro ad ferulam dejecti sunt. Examinemus nostram ætatem; repetamus patrum memoriam: inspiciamus, si lubet, remotum seculum vel sexcenta reperiemus exempla: ex quibus Unicū tantum ex *Mediâ* petitum, sufficit; scitu & notatu dignissimum. *Astyages Medorum Rex* ex frivolo somnio sibi & Regno suo metuens, *Harpago* familiari suo & inter *Medos* fidelissimo, atque omnium rerum suarum procuratori

Herodot. l. 1,

(Præ-

(Præfectum Aulae pro more nostro dixerim) tradiderat
necandum nepotem ex filia *Cyrum*. At verò cum fato
quodam puer servatus fuisset, *Astyages Harpago* filium
jugulatum & in frustra concisum partim torruit, partim
elixavit, & probè conditum, patri apposuit comedend-
um. Hoc facto *Harpagus* constituit ad *Cyrum Persam*
dona mittere, *Astyagis* ulciscendi cupidus; quibus faciliè
eum sibi socium comparabat, præsertim cum modum
occupandæ *Media* ipsi aperiret. Cùm autem *Cyrus* ex
consilio *Harpagi* bellum adversus *Astyagen* susciperet,
exercitui suo *Astyages* rerum præteritarum planè obli-
tus, *Harpagum* præfecit. Quem putatis rei successum,
Auditores, consecutum? cum præliarentur *Medi* cum
Persis, pleriq; sermonis & voluntatis *Harpagi* expertes,
ad *Persas* transibant; alii ignaviter agebant; fugamque
faciebant. Itaq; faciliè *Astyages* ab *Harpago* proditus cas-
piebatur, cui captivo *Harpagus* insultabat diceriisque
variis eum lacestebat, & annon regno ejus in servitutem
reducto, egregiè necem filii sui ultus esset, interrogabat.
Et hæc quidem proditio ex odio profecta est. De aliis
quæ ex avaritiâ, & levitate subditorum proficiscuntur,
dicetur forsân alibi. Ad portum namq; nunc tendo; &
postquam alterum stadium dissertationis meæ decurri:
propè est, ut videatis: quæ à Magistratu simul ac subdi-
tis oriuntur: in quibus *Idolatriâ* invenimus cum *Discor-
dia* sociatam. De *Idolatriâ* quid dicam: Unus est Regum
& populi Rex, Deus: si quis ejus mandata non servet: ul-
tra infelicem statû aternæ mortis, quam sibi acquirit:
status sui & suorum in hoc seculo imminutionem con-
sequitur. Nam desertores sui deserit Deus, & cogitavit hoc,
ut detraberet superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiâ tra-
heret universos inclytos terræ. Sed existimatis forsân; solos
Reges

Tholoff. Rep. l.
6. 14. in pr.

Es. 23. v. 9.

ius. c. ult. v. 20.

Regel. 2. Paralipom. 7.

Reg. 12.

Reg. 17.

Reg. 25.

icer. Chron.

in Carolo M.

p. 669.

rat. l. 3. Od. 6.

ius Mon. Pol.

lib. 1. c. 4.

Reges ob Idolatriam regiâ dignitate privatos esse? Ne id quidem dicimus, Universum etiam populum Deus deserit; & postquam bene fecit ei, punit. Punit autem? immò etiam consumit, qui eum deserunt & colunt Deos alienigenarum. Sicut enim concors maritus, etsi multas infirmitates Uxori condonat: tamen adulterium ferre nullo modo potest: Ita Deus de omnibus peccatis faciliùs dispensat, quàm de cultu Idolorum. Scire vultis quid primos nostros parentes, atq; adeò universum genus humanum perdiderit? Perdidit Idolatria. Et cur non Idolum appellem Serpentem? cum illi nostri parentes satius esse putaverint obsequi serpenti, quàm ipsi Deo creatori. Scire vultis cur *Regnum Israeliticum* post mortem *Salomonis* divulsus sit in duo regna, *regnum Jude & Samaria*? divulsit Idololatria. Scire vultis cur *Regnum Samariae* excisum sit à *Salamanassare Rege Assyriorum*, curq; abductæ sint decem tribus in captivitatem, & nunquam in patriam sint reversæ? fecit Idololatria. Scire vultis, cur *Regnum Iude* deletum à *Nabuchodonosore Assyrio*, curq; templum & *Urbs Hierosolymitana* deleta sit? delevit Idololatria. Scitis, quid *Occidentale* ab *Orientali* avulserit? avulsit Idololatria. Sed quid in nostrâ vicinâ *Italiâ*? Profectò

Dii multa neglecti dederunt

Hesperia mala luctuosa.

quæ dum recenseo,

Horresco referens & vox mihi faucibus hæret.

De *Friderico Secundo Imperatore* quid inaudivistis? *Tres*, dixit ille *fuisse insignes Impositores*, qui *genus humanum seduxissent: Moysen, Christum & Mahometem*. O impure! ô impie! te hoc dicere, quod gentilium quidam olim, *Christum Magum fuisse*, & ex *Ægyptiorum adytis angelorum*

gelorum
X. Hispan
Ius pro
cipio min
dena fr
quò abis
Fridericum
ratos, in
cò, ne ter
videar.
manere at
ro atque d
Tycheus l
fuit: ita c
Discordia
Quod agr
rem esse d
quod ma
bustior el
fuiti inve
robustior
ciosiores;
est, quàm
gentium.
Matrem c
quod vel
fangvine
luctum d
fangvine
admoner
fir, luct
diffemin

gelorum potentium nomina habuisse? Mitior *Alphonſi*
X. Hispania Regis; sed non melior vox aut sensus, cui so-
litus providentiam identidem culpare & dicere: *Si prin-*
cipio mundi ipse Deo adfuisset, multa melius ordinatiusq; con-
denda fuisset. Miselle, sapientiã supra Deum es? lingua
quò abis, mens quò abiisti? Sed notabile, utrumque &
Fridericum & Alphonsum, illum Imperio, hunc regno pri-
vatos, in publico odio & infamiã obiisse. Plura non ad-
do, ne teretes vestras aures & animos nimium onerare
videar. Quem porrò latet: omne, quod est, tam diu
manere atq; subsistere, quàm diu est unum: interire ve-
rò atque dissolvi, quando unum esse desinit? Uti enim
Tytheus lapis, quamvis grandis, innatat; comminutus
fidit: ita concordia sustinemur, discordia pessum imus.
Discordia enim & lis nihil aliud est, quàm bellum:
Quod agrestioribus notum scimus, dum hanc illi soror
rem esse dixerunt. Et certè id tantum ab illo hæc distat,
quod mas à foeminâ, id est, quod, sicuti mas semper ro-
bustior est foeminâ: ita & bellum acerbius lite. At verò
sicuti inveniri non rarò dantur foeminæ multò maribus
robustiores; ita interdum lites longè bello sunt perni-
ciosiores; & ut semel dicam lis & discordia nihil aliud
est, quàm bellum civium: Bellum nihil aliud quàm lis
gentium. Quare eadem matre utcunq; ortum trahunt.
Matrem discordiæ & litis Demagorgonẽ esse scribunt,
quod vel à sacrâ lingvâ deducas, ut Demagorgonem,
sanguineum mœrorem, aut sufficientem iniquitatem,
luctum distribuentem interpreteris, quasi nihil nisi
sanguinem & mœrorem, à lite & discordia sperandum
admonere vellent, utpote ab eo exorta, cujus officium
fit, luctum & exuberantem nequitiam inter populos
disseminare: vel certè à Græca, ut populi terrorem, seu
popul

Boët. de con-
Philosoph. c. 4.

Iacobi 4. in pr.

Pitfill. de Pr. il-
pe colore 9.

Hesiod. in Erg.
scuto Herc.

populo terribilem intelligas, id ipsum exprimit. Liscenim est, quæ præ cæteris & omnium maximè populos terret, in discordiâ nutrit, ac suo quidem jure. Ex eâ enim oriri odia, ex quibus iri ad arma, unde & factiones emergere, ex quibus tumultus concitari, ex quibus Respub. tandem & Imperia everti videntur. O discordia! discordia! quàm tua iniqua & tyrannica est potentia!

Virgil. 4. Æneid.

*Tu putes unanimes armare in prælia fratres,
Atq; odiis versare domos: tu verbera tectis,
Funereasq; inferre faces, tibi nomina mille,
Mille nocendi artes*

in præfat.

Et ne longius abeamus, certè *Livius* fatetur suam quoque ætatem per multos annos, hoc civile malum vidisse: imò ante ipsum, cùm vix prima Urbis fundamenta jacta essent,

Scæan. lib. 1.

Fraterno primùm maduerunt sanguine muri.

Horus l. 4. c. 2.

Si in Urbe *Româ* ulteriùs progrediamur, quas non cedes ea perpeffa est, per domestica dissidia, diversasque partes *Cæsaris & Pompeij*? Quid in *Græcia*? nonne dissensionibus quoq; civilibus ea, non gloriam tantùm dominationis: sed etiam libertatem amisit? *Carthago* etiam, quæ antea Romanis semper formidabilis, nunquid ab eadem causa in ruinam acta est? Quid in *Macedoniâ*? nonne & *Alexandri Magni* successores, collisis inter se viribus seipfos in mutuam perniciem egerunt? Quid in *Imperio Occidentali*? nonne & illud discordiis successorû convulsam, paulatimque velut nervis incisis, ac solutis compagibus inclinatum ad ruinam, postea, exterarum gentium impetu ac violentia graviùs impulsam, pænè corruit? Quid *Turcam Hungaros* aggredi incitavit, nisi bella civilia, quibus irretiti defensivum, (ut *Bonfinius*

in præfat.

*Chron. Car. lib. 5.
in præfat.*

inquit

inquit) quàm offensivum bellum gerere constituerunt? *lib. 34.*

Inter omnia autem nos terreat *Regnum Anglia*: quod nō
amplius semestri spacio ter amissum & recuperatum fu- *Camina l. 1. c. 2;*
isse propter arma civilia legitur. Sed non est, cur pluri- *Polyd. Virgil. l.*
bus hæc declarem exemplis. Nam omnes omnium æta- *Angl. hist,*
tum historiæ plenæ sunt ejusmodi documentis, quæ li-
quidò ostendunt, eam Remp. illud Regnum, in quo
dissensiones oriuntur atque dissidia, si non interitum,
certè mutationem sentire. *Alphonsus Arragonia Rex* sæ- *Panorm. lib. 3.*
penumero dicere solitus fuit: *si Romanis temporibus vi-* *dict. fact. ejus*
xisset, se constructurum fuisse templum Jovi Positorio, ut
de rebus acturi, in eo prius convenirent, & contentio-
nem omnem deponerent. Innuit autem nihil æquè Re-
ip. esse perniciosum, ac si inter cives crebræ contentio-
nes oriantur: adeò *lis*, vere est *λύσις* Reipublicæ. Qua- *Constitut. omni*
re Græcus quidam interrogatus, quid *lis* à bello differ- *S sed quia in pr*
ret? nil, respondisse fertur, nisi parvo tēporis intervallo. *fat. ff.*
Innuit ita utrumq; ignē esse: sed *illam* paulatim, *hoc* sta- *Hadrian. Turn*
tim cōbūrere. Et hæc sunt, Auditores, pestes interne, quas *Adver. sar. l. 8. c.*
ad Remp. vel mutandam vel perdendam nobiscum fo-
vemus: quæ & à Magistratu & subditis simul profiscun-
tur. Illa verò quæ extrinsecus ingruūt sunt: *Irruptio Bar-*
barorum & *potentia divina*, de quibus cū pauca dixerō,
finem imponam. Atq; irruptio Barbarorum solet esse
ingens (veluti apum ex amen) multitudo, cui facilè re-
sisti non potest; ac proinde ea velut turbo, procella ac *Hoenen. disput*
tempestas cœlestis, omnia etiam florentissima Regna *Polis. 8.*
& Resp. sibi obvias dejicit, deturbat, protrudit, pessun-
dat. Anne & heic nobis in promptu documenta? *Cbal-*
dai quidem post aquarum eluvionem annis 249. in sum-
mâ quiete vixerunt: quod seculum aureum à *Catone* in
originibus, si modò ejus libri author est, appellatur. At
de

ordin. meth. hist.
6. de Rep. lib. 4.
6.5.

desubito Ninus armis *Asiam minorem* invasit. Et ab hoc quidem 37. Reges annos 1220. usq; ad *Sardanapali* exitum & exitium imperarunt: cuius imperium postea *Arbaces* & *Belochus Praefecti* diviserunt: sed & inter horum successores trecentis ferè annis dimicatum est, quoad *Perse* imperium arripuerunt. *Perse* gubernacula tenuerunt usque ad *Alexandrum Magnum*, qui *Persarum* imperium ab *India* usq; in *Hellepontum* latè patens, longius propagavit. *Alexandro* mortuo, *Seleucus Asiam majorem*: *Antipater minorem*: *Ptolomeus Aegyptum*: *Antipater Macedoniam*: *Lysimachus Thraciam* occupavit. Deinde autem gravissimis bellis attriti, mutuisque odiis ardentes, centesimo circiter anno in *Romanorum* potestatem pervenerunt. It *Romanum* quoque Imperium quomodo non vastatum, direptumq; est à *Vandalis*, *Gothis*, *Gallis*, & aliis plurimis hostibus.

Amil. 1. Astrom.

*Secula dinunserare piget, quotiesq; recurrens
Lustravit mundum vario Sol igneus orbe.*

Experti sumus hanc *Turca* irruptionem & praeclarissimarum Urbium & arcium occupationem & direptionem in *Hungaria*, *Belgico* & aliis provinciis & Regnis. Et diripientur atq; occupabuntur ex regiones & Regna porro; nisi Deus custodiverit, proq; iis pugnaverit. Hic enim est causa causarum, cur Resp. & Imperia mutantur vel evertantur. Deus est, inquit, *Daniel* Propheta; qui tempora mutat & aetates, qui transfert Regna & constituit. Et sicut lutum in manu figuli: sic nos (& regna ipsa) in manu Domini. Hic

6.2.

orat. l. 1. Od. 34.

— valet ima summis
*Mutare, & insignem attenuat Deus
obscura promens —*

Deus, inquam, Imperia alia exaltat, alia submittit; nec molli-

molliter ponit; sed ex fastigio suo, nullas habitura reli- *Sen. 3. nat. qua*
 quias, jaetat. Ille est, qui in misericordiâ disponit omnia
 ita quidem, ut nec iracundè, nec vindictæ cupiditate, *Jerem. 18.*
 nec præter meritum, neq; nocendi causâ quicquam ho-
 rum faciat: sed instar medici, & curatoris ac parentis,
 & ad maximam utilitatem nostram, & (quo uno verbo *Simplicius c. 2.*
 rem complecti totam licet) pro suâ divinâ vi, ut *Cajus & Ench. Epictet.*
Servius Juris Consulti loquuntur, & potestate. Intellexit *l. 25. § 6. ff. loc. a.*
 hoc ipsum apud Tacitum, *Galba Imperator*, qui apertè *l. 24. § 4. ff. de*
 hatetur: se Deorum hominumq; consensu ad Imperium *damn. infect.*
 vocatum esse. Quin & ipse *Tacitus*, genuinus prudentiæ
 Magister, occultâ lege fati destinatum fuisse *Vespasiano Tac. l. 1. hist. c. 13.*
 liberisq; ejus imperium, ab omnibus creditum esse scri- *lib 1. hist. c. 10.*
 bit. Quæ autem est illa fati lex occulta? an *fatum* illud
Stoicum? an *numeri Pythagorici*? an *fortuna & casus*? an
siderum conversiones vel *Planetarum inter se aspectus*, &
conjunctiones: vel deniq; *Cometarum generationes*? Nihil
 horum Auditores: planè nihil. Hoc potius dixerim: eos *Bodin. Rep. lib. 4.*
 graviter peccare, qui naturam Deo mutant, quasi Deus *c. 2. in pr.*
 naturæ legibus obligaretur, ut Jovem fabulæ ferunt A-
 drastiæ decretis teneri: Multò rectius *Augustinus*, qui *fa-*
tum aut nullum esse, aut Deum ipsum fatum esse scripsit: quia
 nihil constans, nihil immutabile præter Deum. *Numeri*
 etiam *Pythagorici*, si Philosophicâ ponderentur trutinâ;
 nullius planè momenti: sed erroris potius pleni, omni-
 noq; superstitiosi sunt. Quomodo enim in civitates aut
 Regna imperium aliquod habere possit numerus; cum
 non sit substantia & ad quantitatis ejusq; discretæ clas-
 sem referatur? Quid verò quantitas? certè apud Phi- *Aristot. 12. met.*
 losophos nullam agendi vim habet: sed omnis actio *phys. c. penult. &*
 tribuitur qualitati. Itaq; meritò exclamat *Plinius*. *Heu* *ult.*
vana & imprudens diligentia: numerus dierum computatur, *l. 7. nat. hist. c. 40.*

din. Rep. lib. 4.
in pr.

nonherius in
c. lib. 1 pag. 110.

din. Rep. 4. c. 2.

ia 19.

ubi queritur pondus: alius de alio iudicat dies, & tamen supremus de omnibus. Constat & Philosophorum ac Theologorum omniū communibus decretis, res humanas, nec præcipiti casu, nec fortunæ temeritate ferri. Ex quo Dogma hoc Epicuri perversum, flagitiosum, impium adseritur. Levate, inquit quidam, capita vestra, & Solem hunc Principem, reliquorum errantium siderum intuemini, huncne casu, aut temerè mundi globum duodecim mensibus ambire putatis? An fortuna vel casu dies bruma brevissimos, æstate longissimos fieri statuitis? An ex brutis bruta casu, ex hominibus homines generari existimatis? an casu deniq; nos æstate solis fervore terri, hieme verò frigore constringi? Nemo hoc affirmabit nisi fatuus, cæcus, omniq; solis ac salis expertus. Nec deniq; mutationes & interitus Rerump. & Imperiorum influentiis atq; errantium stellarum cursibus atque aspectui sunt adscribendi. Nam licet cælestium corporum vis & effectio in universà naturâ, mirabilis est: non tamen propterea ulla naturæ necessitas facit, quoniam ab immortalis Deo coerceri ac retineri potest: Quippe, qui naturæ legibus, quas ipse iussit, solutus est: Non equidem à senatu aut populo ullo: sed à seipso, qui maximus est; nec quicquam nisi quod rectum ac justum est, efficere potest; quia optimus: & perennem populorum curam gerit; quia maximus est. Certò igitur concludimus, Deum solum esse causam mutationum harum atq; everisionum. Idq; semper sacrarum literarum authoritas denunciavit: firmasq; & fixas causas denominavit. Translatum Imperium à *Babyloniis* ad *Medos* fuit: ab his ad *Græcos* pervenit: horum dominationem *Romani* exceperunt. Et ista nonne digito quasi antè Prophetæ monstrarunt? Quid de prima Monarchia con-

verū o-

refione
ab Esaiā
Babylon
infar sub
Quid di
hanc: Be
vacum ge
ponet. Qu
scriptura
Numerav
et, & dar
claretis
na quat
Magni Mo
a Monarch
ribili, ac
conculca
diamus i
horum cor
Rex Græc
gnum erit
nie vidit,
pedibus
niele exp
Persarum
rium int
sum; ide
fec: nisi
Et verò
cuicunq;
& ob
cælestis

versione ac mutatione dici clarius posset, quàm quod
ab *Esaiâ* est dictum? *Suscitabo contra eos, Medos, & erit* c. 13.
Babylon illa gloriosa in regnis, incluta in superbiâ Chaldaorū
instar subversionis, quæ facta est in Sodomâ & Gomorrhâ.
Quid dilucidius eo, quod *Jeremias* habet? *Capta est Ba-* c. 50.
bylon: Bel confusus: victus Merodach: quoniam ascendit con-
tra eum gens ab Aquilone, quæ terram ejus in solitudinem
ponet. Quid illo esse posset planius, quod apud *Danielē*, c. 5.
scripturam in pariete Belsazari explicantem legitur?
Numeravit Deus regnum tuum & complevit illud: divisum
est, & datum Medi ac Persis. Illa verò quæ apud eundem c. 6.
est arietis & hirci imago, quid sibi vult? quid orta cor-
nuâ quatuor fracto uno cornu magno, nisi Alexandri
Magni Monarchiam, indicant? Quæ de realiâ, nisi quar-
ta Monarchia sunt intelligenda ea, quæ de bestiâ illâ ter-
ribili, ac dentes ferreos habente, & pedibus suis cuncta
conculcante apud eundem Prophetam leguntur? Au- c. 7.
diamus ipsum Angelum: qui aries, inquit, quem duo ha-
bere cornua vidisti, Rex Medorum & Persarum est: hircus
Rex Græcorum, quarta autem bestia, quartum in terra Re-
gnum erit. Statua porrò illa, quam in somnis *Rex Babylonia* Dan. 2.
vidit, capite aureo, pectore argenteo, ventre æneo;
pedibus partim luteis, partim ferreis: nonne ita à Da-
niele explicantur? ut capite Babyloniorum, pectore
Persarum, ventre Græcorū, pedibus Romanorū impe-
rium intelligatur? Et quod in summis illis Imperiis ostē-
sum; idem in minoribus haud difficulter ostendi pos-
set: nisi vela orationis mihi tandē contrahenda essent.
Et verò quis dubitet? Ut Principes terrestres feuda,
cuicunq; volunt, ex singulari favore & gratiâ conferunt,
& ob delicta iis vicissim adimunt: sic etiam Princeps
cœlestis Imperia & regna hominibus committit, & ob
pecca-

peccata vel Principū vel subditorum rursus eripit. Quae
de re universa, cum mentem animi vobis explicaverim
mei, nihil addam amplius præter istud votum: ut ne a-
liquando simile de *Germania*, immò & de nostrâ patriâ
charissimâ *Silesia* audire cogamur. Sed tu ô Deus qui
omnium Regnorum & Rerump, ut fundator benignus,
ita everfor justus es,

*Tu rege, tu tege nos, tu nos Deus optime serva,
Prospicis ut Satanas, Getuli more Leonis
Nos inbriet? cernis patriæ ut civilis Erynnis
Nos turbet? bellig, urant incendia, cernis?
Orcinum solus nam proculcare Tyrannum
Tu potes, unanimi ac discordia pectora sensu
Nectere, & hostiles prorsum exarmare phalan-
ges.*

*Tu rege, tu tege nos, tu nos, Deus optime, serva,
Annona gravitas nam quæ nos non premit? & quæ
Non mala pestilitas? quæ non letanda minatur
Corpora, sub trifido librati pondere cæli?*

*Tu rege, tu tege nos, tu nos, Deus optime, serva,
Et patriam ac patriæ patres, Deus optime, serva,
Tu Regem serva nostrum, Proceresq, Boemos,
Magnanimosq, Duces serva SILE SIDOS ora.
Te sine nil Mundus valet, atq, potentia Mundi:
Tu scutum Imperio es, tu rupes firma Regentum.*

*Tu rege, tu tege nos, tu nos, Deus optime, serva,
Bellam etiam quercum, sub cuius vivimus umbrâ,
Porro*

Porrò BONUS nobis cœlesti Numine serva,
Ut crescant porrò Phœbeis oia Musis, [Et
Et Sophia simul & Medica; atq; ante omnia, san-
Eusebia & Themidi, queis hac operamur in umbrâ.

Tu rege, tu tege nos, tu nos, Deus optime, serva,
Alma salus blandis cunctos circumvolet alis,
Dignati nostras qui sunt audire loquelas.
Crescat & in nostrâ studiumq; laborq; juventâ,
Ut pede felici Parnassia templa frequentent,
Tandem & VIRTUTIS veniant & HONORIS
in Ædem.

Tu rege, tu tege nos, tu nos, Deus optime, serva.



Tunc inquit non in hoc Deo quod
in Aethiopia



OC. 7
FE

O
NO
SE

non q
to Genie
Acto

abit a p
REC

Cum